


BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
21 K
7



CANTICA
CENTVM QVINQVAGINTA
CVM ODIS TRIGINTA

Totidemq; supplicationibus in Sanctissimam, ac Beatissimam TERESIAM Virginem Carmelitanę Religionis Reformatricem, nouamq; Fundatricem,

A D. FRANCISCO GEMMA
Præsbytero sæculari Capuano Martenisiensi, Sacræ Theologiæ Doctore.

Ad instar Psalmorum Dauidicorum.

Cum Hymno Sancti Isidori Agricolæ Hispani nouissimè edita.


Nunc denuò impressum per quemdam deuotum Sanctæ Matris TERESIAE synonimum.








NEAPOLI, Apud Lazzarum Scorriggium;
Et iterum Typis Hieronymi Fasuli, 1664.
Superiorum permissu.



IMPRIMATVR.




Lælius Taſtius Vic. Gen.

M. Fr. Philocalus Caputus Carmelita
Deput. vidit.

M. Fr. Dominicus Grauina Ord. Præd.
Cur. Arch. Theol. vidit.






REIMPRIMATVR.

Paulus Garbinatus Vic. Gen.

Can. D. Matth. Renzi S. T. D.
& S.Off.Conf.



CANTICVM I. I.

BEata, & fęlix quàm valdè es mater Teresia; quoniam in sponsam suam ab æterno elegit te Deus altissimus.

Beata es, & inter sanctas virgines virgo collocata; quoniam plusquam gemmas pretiosas custodisti virginitatem tuam vsque ad mortem.

Beata es, & gloriosa inter sanctos, & electos Dei; quoniam sanctè vixisti cunctis diebus vitæ tuæ.

Beata es, & essentiam Dei quàm præclarè vides in æternum; quoniam teipsam, & mundum contempsisti propter ipsum.

Beata es, & quasi stella matutina coruscas inter sanctos Angelos, quoniam Christum Iesum æterni Patris lucem secuta es viuens in terra.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

CANTICVM II. 2.

VIri irreligiosi insurrexerunt aduersum te Teresiam sponsam Christi; opera enim tua magnifica exquirebant impedire.

Dęmones quoque concilium fecerunt aduersum te quasi solam,& inermem; nunquam tamen prævaluerunt contra te insidijs suis.

Dominus autem de cęlo respiciens irridebat eos, & tanquam potens confortabat te in sanctis operibus tuis.

Quàm formidabilem fecit te Deus diabolo; & cunctis exercitibus eius; propterea tabescebant videntes te feminã viriliter agentẽ.

Spiritus sanctus dux itineris tui fuit semper, & vbique,ideò nec homines,neque dęmones timuisti aliquando. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 3.

MIrabantur homines, & populi omnes videntes te Teresiam; quinimmò sępè linguis dolosis aduersum te loquentes insurgebant.

Ad-

Adhuc gratiam Dei in te manentem non agnoſcentes murmurabant; dicentes, non decet fęminam ſic percurrere ciuitates, & caſtella.

Tu verò Tereſia quaſi nouus Apoſtolus parentes, & omnia reliquiſti; vt animas, ſanguine Chriſti redemptas in viam ſalutis dirigeres.

Propterea Deus tecum erat, nec relinquebat te dilectam ſponſam ſuam; teque mirabilem faciebat in conſpectu Principum, & Regum terræ.

Quinimmò, alijs dormientibus, tu Tereſia vigilabas, & orabas; & auxilium Dei exquirebas in laboribus, & itineribus ſanctis tuis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 4.

Die ac nocte tanquam noua Chriſti Seraphica tu Tereſia illi ſeruire, atq; placere ſtuduiſti; in ſanctitate enim ſemper ambulaſti in conſpectu eius.

Clamaſti ad Dominum ex toto corde tuo; ipſe autem aures pietatis, & miſericordiæ ſuæ

aperui

aperuit clamoribus tuis.

Teipſam, Tereſia, in perpetuum ſacrificium obtuliſti Altiſsimo; propterea gratiam inueniſti coram oculis eius.

Ab infantia tua illuminauit te Chriſtus beatiſſima virgo; & viam aſcendendi in cœlum præclaram oſtendit tibi.

Multifariam, multiſque modis certam fecit te Dominus de ſalute tua; gropterea nihil in terra quæſiſti, omnia vt ſtercora reputando. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 5.

AD preces tuas, & ad lachrymas tuas reſpexit Dominus; & tanquam pias, iuſtas, & ſanctas exaudiuit eas ſemper.

A mane vſque ad veſperam, & à veſpera vſque ad mane ſtetiſti orando coram Domino; ipſe autem nunquam auertit aures ſuas à precibus tuis.

Tanquam iuſta, & innocens, & ab omni malo abſtinens ambulaſti in conſpectu Dei, & Angelorum, & hominum; quæ Dei namque

ſunt

ſunt quæſiſti ſemper.

Per viam iuſtificationis tuæ deduxit te Tereſiam ſponſam ſuam Altiſſimus; quoniam in libro vitæ ab æterno ſcripſit nomen tuum.

Propterea te immaculatam cuſtodiſti vſq; ad mortem; nunquam enim diabolus, & angeli eius ingreſſi ſunt templum animæ tuæ. Gloria Patri, &c.

Hymnũs.

Laudes Tereſiæ cantemus inclytæ,
Quæ iam martyrium adhuc infantula
Pro Chriſto cupiens ſubire, properans
Domum reliquit propriam.
Hoc fuit ſtabile virtutum omnium
Eius initium, atque ſanctiſſimum,
Hinc eius viſcera ardebant maximo
Chriſti amore fortiter.
Nihil nam dulcius iſta Tereſia
Guſtabat, ſæculi curſum perambulans,
Quàm mori millies pro ſui Domini
Fide, eiuſque gloria.
Hinc Patri ingenito, eius & Genito.

Atque

Atque Spiritui ſanċto paraclito
Laudes perpetuas ſoluamus iugiter,
Qui cæli regit machinam. Amen.

℣. Ora pro nobis Sanċta Tereſia.
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui beatam Tereſiam virginem tuam tibi in ſponſam ab æterno eligere dignatus es, concede propitius, vt ipſa intercedente, nos fideles tui certam, atque ſecuram ſalutis viam agnoſcentes, ſic per illam ſanċtè ambulemus, vt eius æternæ fęlicitatis conſortio perfrui mereamur in cœlis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 6.

IN tempore opportuno vocauit te Chriſtus ſponſus tuus; & tanquam ab æterno electam iuſtificauit te.

Immemor tui, Tereſia, quandoque videbatur

tur Dominus; veruntamen tanquam iuſta in æterna memoria eius viuebas.

Tu verò Tereſia, ex toto corde tuo quæſiſti, quem diligebat anima tua; quem ſemèl inuentum, amplius non perdidiſti eum.

Ab adoleſcentia tua vſque ad ſenectutem tuam ſeruiſti Altiſſimo; in hoc etenim requiem inueniebas animæ tuæ.

Propterea ſanctiſſimè vixiſti inter dœmones, & peccatores; nunquam enim lethali culpa fędaſti animam tuam. Gloria Patri,&c.

CANTICVM II. 7.

IN Deo exercituum, qui ex nihilo cuncta creauit, confiſa es, Tereſia; ideò de manu dęmonum, & perſecutorum tuorum eripuit te.

Malum pro malo nunquam rediſti, Tereſia, perſequentibus te; quinimmò pro illis oraſti ſemper ſecundum præceptum Chriſti ſponſi tui.

Conuerſionem peccatorum exoptaſti, & quæſiſti vſque ad ſanctum obitum tuum; quoniam

niam nouissimam piscatricem hominum fecit te Christus in Ecclesia sua.

Propterea diabolus, & angeli eius quasi leones furore accensi aduersum te insurgebant; veruntamen confusi, te victricem relinquentes, terga vertebant.

Auxilium tibi de sede altissimæ Maiestatis suæ mittebat Dominus Deus Sabaoth; & sic scuto fortitudinis eius protecta, confregisti arcus, & sagittas eorum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 8.

ADmirabile quàm valdè, & venerabile fecit Dominus nomen tuum, Teresia, in vniuersa Ecclesia sua; etenim ex Hispania vsque ad vtrumque orbem terrarum diffusum est illud.

Etenim ab oriente vsque ad occidentem, & ab Aquilone vsque ad meridiem peruenit sanctitas tua; & tanquam sancta ab omnibus Christifidelibus adoraris vbique.

In ore omnium populorum tanquam sanctum resonat nomen tuum; dæmones autem audientes illud cruciantur vehementer.

Mi-

Minorem vtique Angelis Deus creauit te, Teresia; veruntamen tanquam Seraphicam cum Seraphim collocauit te in regno suo.

Dęmones quoque subiecit Dominus pedibus tuis; trementes etenim, & timentes fugiebant, & fugiunt audientes sanctum nomen tuum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 9.

NOmen Domini Dei exercituum sanctis labijs tuis laudasti, Teresia; quoniam magnum, & sanctum, atque terribile cognouisti illud.

Gaudens, & exultans magnificasti Deum Israel, in hymnis, & canticis, atque psalmis honorificasti nomen Iesu Christi filij eius.

Tabescere fecisti diabolum, & angelos eius videntes te doctrinam Christi docentem; atque salutem gentium quærentem.

Superbiam Luciferi in humilitate tua; quàm maxima confregisti; ideò nunquam præualuit aduersum te, & pusillum gregem tuum.

Dæ-

Dæmones, & reprobos iudicabis cum Christo in nouissimo die sæculi; quoniam teipsam, & mundum contemnens, atque crucem ferens, ipsum secuta es vsque ad mortem. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 10.

IN protectione Christi sponsi tui confisa totam ferè Hispaniam peragrasti sola; vt animas lucrifaceres excelsæ Maiestati suæ.

Religionem Carmelitanam tibi, & filijs tuis tanquam tutissimam viam ad cęlum ascendendi elegisti; sciebas enim illam Matris Altissimi esse familiam.

Christus autem ad dexteram Patris sui sedens respiciebat te dilectam sponsam suam; quoniam tanquam pupillam oculi sui diligebat te.

Propterea Deus patrum nostrorum nunquam dereliquit te in cunctis itineribus tuis; sed tecum perambulabat, & tanquam dux fidelis viam rectam ostendebat tibi.

Tu verò Teresia omnes gressus tuos direxi-

sti

ſti ad ſeruiendum Deo, & immaculatæ Matri eius; atque ad eripiendas animas de manibus diaboli, & angelorum eius. Gloria Patri,&c.

Hymnus.

ISta virgo Tereſia
Noſtra illuſtrat ſæcula
Suis quàm ſanctis moribus,
Virtutibuſque maximis.
Eius hinc nomen reſonat
Per totam iam Eccleſiam
Sanctum, atque laudabile,
Cunctarum ſicut virginum.
Quinimmò multis ſanctior
In cælo, ac beatior
Viuit; nam hanc cum Angelis
Collocauit Altiſsimus.
Laudes Deo perpetuas,
Cantemus, & aſſiduas,
Dilectam qui Tereſiam
Suam fecit tam maximam. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Tereſia.
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

OMnipotens ęterne Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam tot, tantisque virtutibus decorasti, vt cum Angelis in cœlis collocari mereretur, fac, quæsumus, ita nos illius sanctitatis vestigia sectari, vt cum ipsa ęternæ vitæ præmia à Maiestatis tuæ benignitate consequi mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 11.

TAnquam Apostolum suum misit te Deus in mundum; ad reparandam Religionem Carmelitanam misit te sponsam suam labia mendacia aduersum te loquentia obmutescere fecisti sanctitate tua; & omnes mundi sapientes obstupuerunt propter sapientiam tuam.

Te prudentem sicut serpentem, & simplicem sicut columbam fecit Dominus dominorum; ideò tu virgo homines ad sanctiorem vitam duxisti.

Doctrinam Euangelicam posuit Christus in ore tuo, Teresia; quoniam ad opera quàm

præ

præclara, & illuſtria direxit te dilectam ſuam.

Propterea mares, & fœminas viam ſalutis certam, & ſecuram docuiſti ſemper; & tãquam magiſtram veritatis gaudentes ſequebantur te. Glo ria Patri, &c.

CANTICVM II. 12.

NVnquam oblítus eſt tui Dominus Deus Sabaoth; quoniam ab vberibus matris tuæ vitam ſalutis oſtendit tibi.

Ex tunc etenim Deus illuminauit intellectum tuum, Tereſia; vt ſummum bonum cognoſcens amares, & poſſidens in æternum illo fruereris.

Propterea diabolus cum exercitibus ſuis nunquam decepit te ſponſam Chriſti; quinimmò quàm valdè cruciabatur videndo ſanctitatem tuam.

Exultabas ſatis, & lætabaris, Tereſia, in Ieſu Chriſto Redemptore tuo; tanquam Deum, & hominem laudaſti eum ſemper.

Tanquam ab æterno electam vocauit, & iuſtificauit te dilectam ſuam; & tanquam iu-

ſtificatam in cęlo, & in terra glorificauit te.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 13.

INſipientes, & maligni videntes ſanctitatem tuam, & mirabilia opera tua dicebant; quæ, & qualis eſt mulier iſta, quam gentes honorificant tanquam ſanctam? cæci vtique erant, non agnoſcentes gratiam Dei operantem in te; ideò malignè loquebantur aduerſum te dilectam Dei altiſsimi.

Dominus autem de excelſo throno gloriæ ſuæ reſpiciebat te; nec vnquam oculos ſuos auertit à te, quæ in terra ſanctè viuebas.

Cognouerunt quandoque ſanctitatem tuam quàm maximam; propterea contemnentes mundum, religionem tuam, quam ſanctam ingreſſi ſunt exultantes.

Peccatores quàm multos ad pœnitentiam duxiſti Tereſia; ideò cum beatis beata viuis in æternum, & in ſæculum ſęculi.
Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 14.

ECce nunc in cœlo habitas beatiſsima virgo Tereſia; quoniam fideliter deſeruiſti excelſæ Maieſtati Altiſsimi.

Ab omni malo cuſtodiſti animam tuam, Tereſia; & gratia quàm maxima repletam, reſtituiſti illam Creatori ſuo.

Proximum tuum nunquam offendiſti tu fideliſsima ſponſa Chriſti; quinimmò pluſquam teipſam fortaſſe ſalutem illius dilexiſti.

Quaſi ab vberibus matris tuæ voluntatem Dei feciſti ſemper; ideò inter ſanctos te ſanctam collocauit dilectus ſponſus tuus.

Mundum, & delicias eius pluſquam venenum aſpidum fugiſti, Tereſia; Chriſtum enim ſolum amatorem tuum ex toto corde tuo dilexiſti ſemper. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 15.

QVàm longè ab æterno dilexit te Dominus; quoniam non in diuitijs, neque



in principibus terræ ſperaſti aliquando.

Mirabilis fuit in te Deus virtutum quaſi ab vtero matris tuæ; ex tunc etenim ad opera quàm præclara vocauit te.

Propterea os, & ſapientiam dedit tibi apud omnes gentes; ideò quàm multos ad contemptum mundi duxiſti ſermonibus tuis.

Sacras ædes, & Eccleſias quàm plurimas fundaſti quaſi per vniuerſam Hiſpaniam; vt Chriſtus ſponſus tuus, cum Patre, & Spiritu Sancto honorificeretur in eis.

A ſæculis æternis elegit te Deus in ſponſam Filij ſui, & cohæredem illius conſtituit te in Regno ſuo. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Virgo iſta illecebras
Cuncta ſæcli reſpuit,
Atque pompas muliebres
Vanas, ac inutiles,
Animarum quæ ſalutem
Valdè iam præpediunt.
Illas quoque fugiendas
Omnes ſemper docuit;
Vnde multas lucrifecit

Chri-

Christo viuens animas,
Viam cunctis ascendendi
Paradisum indicans.
Hoc ad suam senectutem
Vsque hac Teresia
Die fecit, atque nocte
Sancto ducta Spiritu:
Vnde totum replet orbem
Sanctitate maxima.
Vni Deo, atque trino,
Qui vtramque machinam
Mundi regit, & gubernat
Solus, nullo indigens,
Cuncta namque ipse fecit
Solus iam omnipotens. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui ad erudiendam Ecclesiam tuam etiam ex fœmineo sexu beatam Teresiam virginem, diuina sapientia dotatam eligere dignatus es, te supplices exoramus, vt eius doctrina, & san-

ctitate eruditi, quidquid diuinæ Maiestatis tuæ placitum est exequentes, ad æterne eius felicitatis consortium securi conscendere mereamur in cœlum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 16.

AD preces tuas, virgo beata, respexit Deus, & exaudiuit eas semper; quoniã humilis, & sancta stetisti in conspectu eius.

Tanquam aurum, & argentum probauit te Deus altissimus; multas enim, & assiduas tribulationes sustinuisti propter animas à Christo redemptas.

Immaculata semper, & innocens ambulasti in conspectu Dei tui; propterea tecum ipse ambulauit vsque ad mortem tuam pretiosam.

Præcepta Dei, & sancta consilia eius seruasti semper; voluntatem enim eius, non autem tuam, fecisti vsque in finem.

Propterea filios multos, & filias genuisti in Ecclesia Dei, & sicut arena maris multiplicantur in dies. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 17.

DOminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua dilexisti, Teresia; propterea fortitudo tua, & propugnaculum tuum fuit in omnibus tribulationibus tuis.

Protector tuus, & defensor tuus fuit Deus exercituum cunctis diebus tuis; etenim ab omnibus insidijs diaboli eripuit animam tuã.

Christum consubstantialem Patri, & Matri eius inuocasti in necessitatibus tuis; propterea victricem fecit te aduersus dęmones, & aduersarios tuos.

De cęlo audiuit clamorem tuum, & orationem tuam Altissimus; ipse verò festinauit ad auxiliandum tibi dilectæ sponsæ suæ.

Te nouum, & vigilantem pastorem constituit super gregem suum Dominus; vt oues suas de manu dęmonum rapiens, saluas faceres eas. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM III. 18.

DE cęlo à Deo egressa est sanctitas tua, Teresia virgo beata; & quasi Sol corusçans regressa est illuc.

Per vniuersam Ecclesiam Dei, atque per totum orbem terrarum extensa est san ctitas tua; ideò iam sanctam adorant te omnes Christi fideles.

Regulam Patrum tuorum antiquorum tibi, & filijs tuis elegisti, Teresia; quoniam mercedem magnam, & copiosam promisit Dominus omnibus, qui seruant illam.

In omnibus operibus tuis placuisti Domino Deo tuo; quoniam in sanctitate, & iustitia ambulasti semper in conspectu eius.

Auxiliatrix tua fuit semper Maria Virgo Dei genitrix; quoniam ad reparandam Religionem suam ab æterno elegit, & vocauit te dilectus Filius eius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 19.

DE excelso throno Maiestatis, & gloriæ suæ misit Dominus auxilium suum tibi,

Te-

Teresia; nec vnquam dereliquit te dilectam famulam suam.

Omne desiderium tuum impleuit Dominus, virgo Seraphica; quoniam tu quoque voluntatem eius fecisti semper.

Lætabaris in Christo Iesu Redentore tuo; quoniam in nomine eius virtutes multas operata es in Ecclesia Dei.

Propterea ipsa tanquam Catholica inter sãctas virgines adscripsit te; Spiritu enim sãcto ducta cognouit, & probauit sanctitatẽ tuam.

Gaudium magnum factum est in cęlo, & in terra; quando tanquam sanctam te ab omnibus adorandam præcepit Ecclesia.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 20.

IN Deo viuo, & vero lætabaris viuens in terra; & in Iesu Christo dilecto sponso tuo exultabas vehementer.

Spiritu sancto repleuit animam tuam Altissimus; quoniam tabernaculum suum ante sæcula fecit eam.

Ma-

Magna est gloria tua, Teresia, in salutari Dei; etenim tanquam reginam diademate regni sui coronauit te.

Verumtamen resurgens benedictionem accipies à Christo in Valle Iosaphat; tunc etenim gloriosa vndique cum ipso, & cum omnibus sanctis ascendes in cęlum.

Illic cum Christo dilecto sponso tuo beata viues in æternum; cum Angelis autem perpetuas laudes cantabis altissimæ Maiestati suæ. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

EN inter virgines virgo Teresia
Viuit, & gaudio gaudet quàm maximo,
Sui nam faciem sponsi clarissimam
Ardens cum illis conspicit.
Terram hanc ambulans dilexit Dominum
Sancta Teresia magis, quàm omnia,
Cunctaque respuit, vt stercus reputans;
Quò Christum lucrifaceret.
Cælorum Domino agamus gratias,
Qui tam clarissimam fecit Teresiam
Apud Hispaniam, totamque Ecclesiam,
Cælestem quoque patriam. Amen.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui pro gloria nominis tui, atq; salute fidelium beatam Teresiam virginem tuam labores quàm maximos lætam semper, & exultantem vsque ad fœlicissimum transitum suum sustinere voluisti, te supplices exoramus, vt ipsius precibus, & meritis suffulti quidquid à Maiestate tua pro nostra salute petimus, consequi mereamur. Per Christum Dominũ nostrum. Amen.

CANTICVM I. 21.

OCulis misericordiæ suæ respexit te Deus misereator, & misericors; quoniam antequam longè fieres à via mandatorum suorum, traxit te ad se sponsum suum.

Diebus multis, & annis clamasti ad Dominum tu virgo sponsa Christi; vt consolaretur te in sanctis desiderijs animæ tuæ.

Cor tuum nunquam conturbatum est in-

tri-

tribulationibus tuis; quoniam in Christo coęterno Patri omnimodam spem tuam posuisti semper.

Deus verò ex vtero matris tuæ suscepit te, & protexit te; nec vnquam auxilium suum longè fecit à te.

Propter charitatem tuam quàm maximam in Deum liquefiebat anima tua, Teresia; & mori cupiebas, vt cum Christo viueres in regno suo. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 22.

ANimas quàm multas, ac innumeras illuminauit Dominus doctrina, & sanctitate tua; per vias namque rectas deduxit eas, sequentes vestigia tua;

Propterea ex omni sexu, & natione Religionem tuam ingressi sunt exultantes; & in rigore multo obseruant sãctũ institutũ tuum.

Quasi nouos Apostolos reliquisti filios tuos in Ecclesia Dei; qui doctrinam Euangelicam vbiq; prædicant Christi fidelibus.

Christi præcepta, & sancta consilia eius docuisti

cuisti eos; paupertatem tuam Euangelicam in hæreditatem æternam reliquisti eis.

Regnum Dei tecum possidebunt in sęculum sęculi; quoniam omnia relinquentes, te Patriarcham suā secuti sunt. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 23.

OMnia subiecit Dominus imperio voluntatis tuæ, Teresia; quoniam sanctè ambulasti semper in conspectu eius.

In ædificandis, & plantandis Ecclesijs sollicita quàm valdè fuisti; proptereà reges, & principes auxiliū dederunt tibi in regnis suis.

Illic enim Religionem Carmelitanam quasi nouam vineam plantasti; quæ per totam Ecclesiā Dei extendit radices, & palmites suos.

Proptereà admirantes dixerunt Angeli te cęlum ingredientem videntes; quæ est ista, quæ de terra tam gloriosa ascendit in cęlum?

Te ancillam Christi esse respondisti eis gaudens, & exultas; ipsi verò lætitia quàm magna exceperunt te in consortium sedium suarum. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 24.

VSque ad excelſum thronum gloriæ ſuæ rapiebat animam tuam Deus, Tereſia; dum mentem tuam ad altiſsimam Maieſtatem ſuam eleuabas orando.

Cæleſtibus delicijs repleta ad teipſam reuertebatur anima tua; propterea quæ Deo placita erant, ſolùm quærebas viuens in terra.

Firmam,& ſtabilem fecit te Deus in tribulationibus,& laboribus tuis; ideò ab ipſo confortata viriliter egiſti ſemper.

Ab omnibus inſidijs, & laqueis cacodæmonis eripuit Dominus animam tuam; & immaculatam cuſtodiuit eam vſque ad mortem.

Ideò mercedem quàm maximam, & copioſam reddidit tibi in regno ſuo; eſſentiam enim ſuam,& glorioſam humanitatem filij ſui oſtendit tibi videndam in æternum.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 25.

A Peccatoribus ſegregauit te Dominus tanquam dilectam ſponſam ſuam; inſuper te iuſtificatam in terra, glorificauit in cęlo.

Præclaram fecit Deus ſanctitatem tuam cunctis nationibus orbis terræ; propterea tanquam ſancta adoraris à Chriſti fidelibus.

Tu autem, Tereſia, te hoſtiam viuentem, & innocentem obtuliſti Altiſſimo; Maieſtati etenim ſuæ ſolùm placere ſtuduiſti vſque ad nouiſsimum diem tuum.

Commercium peccatorum odio habuiſti ſemper; verumtamen pro ſalute illorum aſſiduas preces effudiſti coram oculis Domini.

Pro conuerſione quoque hæreticorum ex toto corde Chriſtum ſponſum tuum exoraſti; ideò namq; filios tuos quaſi nouos Apoſtolos genuiſti in Eccleſia Dei. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

DEi Matris quàm maximè
Ioſeph quoque ſanctiſsimi,
Atque ſanctorum omnium



C *De-*

Deuota semper extitit.
A suis annis teneris
Ista virgo Teresia
Sanctis fuit iam moribus
Instructa à parentibus.
Hanc Deus exercituum
Suorum pro fidelium
Salute iam vocauerat
Nouum quasi Apostolum.
Sit Patri nunquam genito,
Natoque semper genito,
Spirato ac Paraclito
Semper, æterna gloria. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEus, qui beatam Teresiam virginem tuam, tam maximo erga Maiestatem tuam amore accendere voluisti, vt quasi ab vberibus matris suæ vnigenito filio tuo læta semper deseruiret, concede propitius, vt eius meritis, & intercessione adiuti, nos quoque illi deseruientes ad æternæ vitæ præmia cum

ipsa

ipsa in cęlum ascendere valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM V. 26.

SCuto fortitudinis suę circundedit te Deus exercituum; propterea nunquam timuisti insidias diaboli, & angelorum eius.

Dominum Deum tuum solum timuisti quasi ab vberibus matris tuæ; quoniam ipse solus potest occidere corpus, & animam mittere in gehennam.

Vitam æternam postulasti à Domino cunctis diebus tuis, Teresia; ideò teipsam contempsisti, & omnia, quæ sunt in mundo.

Dominus autem de cęlo respexit ad preces tuas; & tanquam salutares semper exaudiuit eas.

Ad sanctissimam Religionem Matris suæ immaculatæ vocauit te Christus dilectus spõsus tuus; tu verò Teresia quasi nouus Elias ad pristinam obseruantiam duxisti eam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

CANTICVM II. 27.

DIe, ac nocte manus tuas, & oculos tuos ad Dominum Dominationum extendisti, ipse autem nunquam clausit aures suas precibus tuis.

Misericordem, & clementem inuenisti semper dilectum sponsum tuum; qui peccatoribus propitius factus est propter assiduas lacrymas tuas.

De manu dęmonis eripuit Deus animam tuam, Teresia; quoniam nunquam ad lapidem offendisti pedem tuum.

Semper enim voluntatem eius fecisti vsq; ad obitum sanctum tuum; & illam faciendam reliquisti filijs tuis.

Ideò tanquam sanctam inter sanctos collocauit animam tuam; & saluum quoque faciet pusillum gregem tuum.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM III. 28.

Filios multos peperisti, Teresia, in Ecclesia Dei; quos tanquam nouos Christi Apostolos aduersus hęreticos reliquisti in ea.

Virtutes multas dedit tibi Dominus, & magnam fecit te apud Christi fideles, vt te sequentes in illis tecum beati viuant in æternum.

Vox tua, Teresia, vox Euangelica fuit apud gentes, propterea multitudo quàm magna virorum, ac mulierum, relictis omnibus, ingressa est Religionem tuam.

Vox tua, Teresia, terribilis fuit aduersus diabolum, & exercitus eius; contremuerunt enim adientes te viam salutis docentem omnes gentes.

Multiplicans multiplicabit Dominus pusillum gregem tuum in Ecclesia sua; ecce iam fructum multum affert altissimæ Maiestati suæ. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 29.

MAgnificauit te Tereſiam ſponſam ſuam Dominus apud omnes gentes, & nationes; quoniam tu Religionem Matris ſuæ magnificaſti in Eccleſia eius.

A via perditionis eripuit te virginem electam ſuam Dominus; etenim in protectione ſua ſuſcepit te ab vtero matris tuæ.

Indignationem ſuam longè fecit à te Deus propter miſericordiam ſuam; nec vnquam odio habuit animam tuam tanquam ab ęterno electam.

Lumen ſuum oſtendit tibi Chriſtus lumen de lumine; vt tu in lumine ſuo ambulans, lumen videas ęternum.

Propterea opera quàm magnifica, & quàm præclara feciſti in terra; atque perpetuæ ſanctitatis exemplum reliquiſti cunctis orthodoxis, & fidelibus Chriſti.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 30.

IN Deo consolationis, & misericordiæ sperasti semper tu virgo purissima, ideò nunquam conturbata apparuisti in omnibus tribulationibus tuis.

Aures pietatis suæ aperuit Dominus sanctis obsecrationibus tuis; ad exaudiendum te nunquam tardus fuit Altissimus.

In manu Dei fuit anima tua, Teresia, vsq; ad pretiosum transitum tuum; quoniam pretioso sanguine filij sui redemit te electã suã.

De manu dæmonum, & impiorum eripuit te Dominus; dum iniustè persequebantur te propter pręclara opera tua.

Tanquam aurum in fornace probauit te Deus Patrum nostrorum, quam præclaram quo fecit sanctitatem tuam in toto orbe terrarum. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

SIgnum quam maximum hanc sanctam virginem
Futuram Domini sponsam iam extitit,

Iocò dum manibus suis cœnobia
Formabat cum puellulis.
Vnde Sanctissimæ Mariæ Virginis
Deuota, ac hilaris suscepit habitum,
Votaque omnia promisit Domino;
Veramque eius regulam.
Multum proficere cæpit Teresia
In his, quæ Domino sponte promiserat;
Namque tantummodò quærebat sedula
Se Deo gratam reddere.
Mundi quàm maximam regenti machinam
Soluamus gloriam, laudes perpetuas,
Atque imperium, istam qui virginem
Sanctam fecit, & inclytam. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam tantis virtutibus decorare voluisti; vt per vniuersum orbem terrarum sanctitas eius quàm maxima sicut Sol coruscare videatur, te supplices deprecamur, vt eiusdem suffragantibus meritis, gra-

gratiæ tuæ participes effecti ad gloriam sempiternam cum ipsa conscendere mereamur in cœlum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 31.

TAnquam pupillam oculorum suorum dilexit te Christus Filius Dei; propterea te immaculatam custodiuit vsque in finem.

Tu nunquam erubuisti manere in conspectu Altisimi; nec ipse quandoque proiecit te à facie sua.

Quinimmò exultans in cœlum eleuabas animam tuam; Dominus autem lætus quoque excipiebat te in sinum Maiestatis suæ.

Intellectum quam magnum, & quàm perspicacem dedit tibi Deus; diuinam quoque sapientiam docuit te pro salute peccatorum.

Tu verò Teresia quasi nouus Apostolus ciuitates multas, & oppida perambulasti vsq; ad senectutem, vt proximum tuum Christo lucrifaceres sicut temetipsam. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 32.

CVm gaudio, & exultatione quàm maxima, Teresia sponsa Christi laudasti Matrem eius intemeratam; Ioseph quoque honorificasti vehementer.

Canticum nouum cantasti Domino tu virgo sanctissima; ab æterno enim in sponsam suam elegit te.

Doctrinam Euangelicam docuisti filios tuos, Teresia; in viam salutis æternæ direxisti illos sanctitate tua.

Cogitationes tuas tãquam sanctas cognouit Dominus; ideò vsque ad cœlum ascendebant in conspectu excelsæ Maiestatis suæ.

Ab æterno vtique, Teresia, præuidit Deus sanctitatem tuam, & magnifica opera tua; quibus certam fecisti electionem, & vocationem tuam. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 33.

DOminum Deum tuum benedixisti semper tu virgo benedicta; atque iubilans

post Christum crucem tuam baiulasti vsque ad mortem.

Gloriabaris in tribulationibus tuis propter Christum sponsum tuum; sciebas enim per illas ingredi oportere Regnum Dei.

Valdè mane virgo sancta accessisti ad Dominum Deum Sabahot; propterea illuminauit te, & viam salutis præclaram ostendit tibi.

Spiritus sancti lumine repleuit Dominus animam tuam; & perpetuam mansionem suam fecit eam ante sæcula.

Ideò oculos suos nunquam auertit à te tanquam sponsus zelotypus; & aures suas attẽtas habuit ad preces tuas semper, & vbique. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 34.

CHristi paupertatem, assiduum ieiunium, & perpetuam orationem elegisti tibi, Teresia; quibus accincta diabolum, mundum, & carnem vicisti semper.

Humilitatem quoque, & charitatem quàm maximam tribuit tibi Dominus; propterea de-

dæmones trementes fugiebant faciem tuam.

Cruciabantur omnes tartareę legiones videntes fortitudinem tuam aduersus eos; & tanquam victos à te tabescere fecisti eos.

Linguas suas acuerunt impij quandoque aduersum te Teresiam murmurantes; veruntamen obmutescere fecisti eos in patientia, & in sanctitate tua.

Timentes autem Deum gaudebant magnificantes, & laudantes Maiestatem Altissimi; quoniam te fœminam tam virilem fecit in Ecclesia sua. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 35.

ASsiduas fraudes, & dolos parauerunt dęmones aduersum te, & pusillum gregem tuum; vt disperderent te cum filijs, & filiabus tuis.

Te etenim pro salute peccatorum à Deo missam nouerunt dæmones; ideò fremuerunt, & exarserunt videntes te peccatores ad pœnitentiam conuertentem.

Fontem misericordiæ suæ quàm maximæ ape-

aperuit tibi Dominus; quoniam quasi ab vberibus matris tuæ notam fecit diabolo sanctitatem tuam.

Filios quoque tuos te Patriarcham suam sequentes timent dæmones; & quasi leones rugientes insurgunt aduersus eos.

Tu autem Teresia auxilium Dei de cœlo descendere facis super eos sanctis precibus tuis; & sic victores fiunt pugnantes cum diabolo, & exercitibus eius. Gloria Patri, &c.

Ode.

Templum ingrediens orandi gratia
Christi imaginem percussam reperit
Duris quàmplurimis flagellis, lacrymas
Fudit dolens quàm maximè.
Cor sibi diuidi, atque de pectore
Euelli spiritum suum iam sentiens
Morti se vtique monstrabat proximam,
En quàm amabat Dominum.
Cibus Teresiæ, potus assiduus
Christi iam passio amara extitit,
Pro ipso sanguinem optabat fundere,
Se Dei reddens hostiam.
Inde Altissimo reddamus gratias

Sem-

Semper quàm maximas, laudes perpetuas,
Qui tam mirabilem fecit Teresiam,
Sanctamque nostris sæculis. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEus, qui talem, ac tantam Christi Filij tui passionis memoriam in beatæ Teresiæ virginis tuæ cordis visceribus imprimere voluisti, vt assidua illius meditatio verus cibus, verusq; potus eius fieret, te supplices exoramus, vt eiusdem meritis, & intercessione muniti, nos quoque fideles tui illam assiduè meditantes fructus tanti beneficij dulcedine cum ipsa in cœlo perfrui mereamur ęterna. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 36.

LVcernàm ardentem posuit te Deus super candelabrum in Ecclesia sua; vt viam salutis ostenderes fidelibus suis.

So-

Solam Dei voluntatem, ad faciendam illam, ſcire ſtuduiſti ſemper; ideò præcepta eius, & ſancta conſilia eius feciſti vſque ad finem.

Quàm manſueta, & patiens ambulaſti coram Deo, & hominibus in tribulationibus tuis; propterea in regno pacis æternæ viuis in ſeculum ſæculi.

Reſpiciebant dæmones te Tereſiam, & ſanctitatem tuam quàm præclaram, & tabeſcebant; & quaſi leones valdè eſurientes deuorare quærebant animam tuam.

Tu verò tanquam Dei electa nunquam cecidiſti à iuſtitia tua; nunquam enim præualuerunt aduerſum te diabolus, & angeli eius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 37.

RIgorē iuſtitiæ ſuæ longè fecit à te Deus propitius, & clemens; neq; per ignem tranſire fecit animam tuam corpore exutam.

Peccatum etenim ſicut faciem colubri fugiſti cunctis diebus vitæ tuæ; leues verò culpas, ſi quas incurriſti, ſanctis operibus tuis deleſti omnes.

Pau-

Paulum iniuſtè Catholicos perſequentem vocauit Dominus; quem conuerſum vas electionis ad portandum nomen ſuum per totum orbem terræ conſtituit eum.

Te quoque Tereſiam quaſi ab vtero matris tuæ vocauit Dominus benignus, & clemens; & vaſculum electionis fecit te in Eccleſia ſua.

Nomen etenim Ieſu, & Mariæ portaſti apud gentes adhuc viuens in terra; & illud portans portabis vſque ad fines terræ glorioſa viuens in cœlo, per filios tuos. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 38.

IVraſti Tereſia, & ſtatuiſti in corde tuo cuſtodire præcepta Dei tui; & gloriam eius quærere ſemper in omnibus operibus tuis.

Propterea teipſam gaudens, & exultans contempſiſti, & cunctas delicias mundi; conuerſatio namque tua ſemper fuit in cęlo.

Amor Dei millies, quam ignis ardebat in corde tuo; Chriſtum enim ſponſum tuum ſolum dilexiſti vſq; ad mortem tuam pretioſam.

Te

Teipſam nihilum reputaſti in conſpectu Dei altiſſimi, virgo beata; ipſe verò inter Angelos Seraphinos exaltauit te in regno ſuo.

A via perditionis, & damnationis longè fecit te præelectam ſponſam ſuam; in viam certam, & ſecuram ſalutis tuæ direxit omnes greſſus tuos.

In protectione altiſsimæ Reginæ Angelorum ambulaſti à natiuitate vſque ad obitum; ideo nunquam tranſgreſſa es legem Dei tui.

CANTICVM IV. 39.

QVandiu expectaſti, Tereſia, ſanctum tranſitum tuum; vt in cœlum aſcendēs, Chriſti diuinitatem, & humanitatem eius glorioſam videres in ſęculū ſæculi.

Poſt longum, & laborioſum incolatum tuum in terra exaudiuit te Dominus; in cœlum namq; glorioſam duxit animam tuam.

In libro enim vitæ ſcriptum erat nomen tuum ſanctiſſima virgo; nec vnquam Dominus deleuit illud de æterna memoria ſua. 3

Tanquam electam Dei cognouit te diabo-

lus cum Angelis suis; ideo timentes, & trementes fugiebant; audientes nomen tuum.

Christi verò fideles gaudentes glorificauerunt Deum; qui te tam sanctam fecit in Ecclesia sua. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 40.

SAlutem animarum quæsisti vehementer tu virgo benedicta; sciebas enim illas ad imaginem Dei esse creatas.

Quot animas Christo lucrata es, quis enarrabit? vigilantem enim piscatricem animarum fecit te Dominus.

Te gratia, & fortitudine plenam formidabilem fecit Deus Virtutum, & Principatuum; & tecum fuit semper, & vbique aduersus dęmones, & impios.

Benedictionem accipies, Teresia, à Domino in nouissimo die sęculi; quinimmò cum ipso Luciferum iudicabis, & angelos eius.

Quoniam patrem, & matrem, & fratres tuos, & omnia, quæ sunt in mundo, reliquisti, & gaudens secuta es Christum sponsum tuum. Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

S Ponsam suam tribulatam
Visitans Altissimus,
Consolatam relinquebat,
Verbis nam quàm dulcibus
Ipsam sæpè alloquendo
Fortem quoque reddidit:
Vnde virgo ista cæli
Magno ducta lumine
Sibi statim iam construxit
Quoddam monasterium
Vbi vitam satis arctam
Duxit cum virginibus.
Vias cæli quamuis duras
Sancta hæc Teresia
Illas semper edocebat
Cum rigore maximo,
Sanctitate quoque grandi
Doctrinaque cælica.
Sempiternam huic soluamus
Creatori gloriam,
Laudemusque incessanter
Eius ineffabilem

Maiestatem increatam
Cordis cum visceribus . Amen .

℣. Ora pro nobis sancta Teresia .

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi .

Oremus .

DEus, qui beatam Teresiam virginem tuam in tribulatione constitutam, nunquam destituisti, te supplices exoramus, vt nos quoque in tribulationibus assiduis positi, eius suffragantibus meritis communiti, auxilium tuum in illis obtinentes, easque patienter sustinentes, ad eiusdem, & omnium electorum tuorum felicitatis consortium peruenire valeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen .

CANTICVM I. 41.

QVasi ceruus vulneratus ad fontem aquarum currens, fuit anima tua Teresia ; ad Christum enim fontem vitæ ęternæ cucurristi, amoris eius sagittis vulnerata .

Dicebas namque, quando ad tè veniam

Do-

Domine? vt te gloriosum videns, satiar in æternum?

Dissolui cupiebas ardenter, & esse cum Christo dilectissimo sponso tuo; ideò in amaritudine quàm maxima ambulasti viuens in terra.

Sperabas tamen quandoque requiem inuenire apud Altissimum; & delicijs mensæ suæ frui in æternum.

Ecce iam nunc in cœlis diem festum agis cum Seraphim; & preces effundis pro Christi fidelibus, vt participes fiant gloriæ tuæ. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 42.

IN sanctitate, & iustitia ambulasti coram oculis Domini, beatissima virgo; nullum vnquam offendisti cunctis diebus vitæ tuæ.

Ideò Deus tanquam iustus nunqnam repulit te à facie sua; nec indignatus est aduersum te parumper.

Christus Sol iustitiæ quasi ab vtero matris tuę illuminauit te Teresiam; quoniam ab ęter-

no in sponsam suam elegit te.

Per vias rectas deduxit te tanquam iustam Dominus; & sedem tuam constituit in regno suo.

Tu verò Teresia semel ingressa viam salutis, nunquam egressa es ex illa; propterea anima tua de corpore egressa, ingressa est regnum cœlorum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 43.

NOn armis, neque diuitijs Religionem Carmelitanam reformasti, Teresia; sed Euangelica paupertate, & prudentia desuper tibi data.

Pater enim, & Filius, & Spiritus sanctus fuerunt in auxilium tibi; ideò ad pristinam atque ad meliorem formam restituisti illam.

In virtute Dei altissimi, non autem in hominibus confisa es beata virgo; sciebas enim maledictum esse, qui confidit in homine.

Quàm valde dilexit te Christus sponsus tuus, Teresia; quoniam salutem animarum, quas sanguine suo redemit, quæsisti semper.

Quasi

Quasi nouus Abraham de domo, & de terra tua egressa, totam Hispaniam peragrasti; propterea Patriarcha paulominus, quàm ille, facta es in Ecclesia Dei. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 44.

VErba salutis exibant de sancto ore tuo virgo sponsa Christi; ideò mares, & feminæ, relictis mundi delicijs, te quasi nouum Apostolum sequebantur exultantes.

Verba labiorum tuorum quasi gladius ex vtraque parte acutus penetrabant corda fidelium; atque in viam mandatorum Dei dirigebant eos.

Animam tuam tanquam ab æterno electam dilexit Deus; & tanquam iustam, sedem suam fecit eam.

Religionem autem tuam tanquam vineam dilectam suam per vniuersum orbem terrarum fructificare facit eam; & ab ingressu bestiarum custodit eam.

Quasi Solem meridianum coruscare facit eam Deus apud omnes gentes, & nationes;

ideo paulominus quàm semen Abrahæ multiplicans multiplicabit eam.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 45.

REfugium tuum, Teresia, factus est vnigenitus Dei Filius; dum mortalis, & peregrina perambulasti terram.

Tubam Euangelicam constituit te Dominus in Ecclesia sua; in illa namque viam, quæ ducit ad vitam, docuisti Christi fideles.

Spiritus paraclytus dux tuus fuit ab vberibus matris tuæ; ideo nouum viuendi institutum inuenisti tu virgo benedicta.

Immaculata semper, & intacta stetisti in conspectu Dei tui; ab omni malo vtique longè fuit anima tua.

Propterea totus infernus conturbatus est cum exercitibus suis; quinimmo quàm vehementer cruciantur audientes te tanquam sanctam adorari.
Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

*HVius Teresiæ quàm magna sanctitas
Totam Hispaniam illustrem reddidit
Adhuc dum viueret mortalis fæmina,
Illustrem magis moriens.*

*Summo hinc studio feruenti animo
Suis in vrbibus, terris, & oppidis
Omnes magnifica, atque pulcherrima
Fundant iam monasteria.*

*Quinimmo sæculum spernentes homines
Simul & virgines, multùmque nobiles
Illius regulam tanquam sanctissimam
Amplexi sunt cum gaudio.*

*Hinc nos quàm maximas, atque perpetuas
Cælorum Domino soluamus gratias,
Qui sibi genuit æqualem Filium
Cum illo ducens Spiritum. Amen.*

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Supplicatio.

OMnipoteus æterne Deus, qui tantam sanctitatem in beata Teresia virgine

tua coruſcare feciſti, vt multi, delicijs mundi contemptis, ipſam tanquam Apoſtolum tuum ſequerentur, concede propitius, vt nos fideles tui eius actiones imitantes, cum ipſa ad eſſentiam tuam perpetuò videndam aſcendere mereamur in cœlo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 46.

VNiuerſa Eccleſia per totum orbem terrarum diffuſa gaudet, & exultat valde; quoniam anima tua, Tereſia, beatiſſima viuit in cœlo.

Magnam, & excelſam fecit te Deus in Eccleſia ſua; excelſiorem tamen in cœlis collocando te cum Angelis ſuis.

Multitudinem copioſam virorum, ac mulierum vocauit Dominus ad habitum ſanctiſſimæ Religionis tuæ; & omnes gaudentes, & exultantes obſeruant quæ continentur in ea.

Cœlum cœli præparauit tibi Dominus à diebus æternitatis ſuæ; ideo tam ſanctè viuere fecit te ſuper terram.

Ecce

Ecce iam nunc cum Seraphim solium tuum posuit in regno suo Altissimus; vt cum illis tanquam Seraphica viuas in sæculum sæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 47.

QVàm admirabilem, & quàm laudabilem fecit te Deus apud omnes gentes; quoniam Religionem Matris suæ intemeratę tu fœmina viriliter reparasti.

Propterea perpetuam mansionem suam fecit eam exercituum; & sicut pupillam oculorum suorum diligit, & custodit illam.

Angelorum custodia muniuit eam Deus deorum, & Rex regum; ne diabolus illam ingrediens iterum dissipet sanctitatem eius quàm maximam.

Dilatando dilatabit Dominus Religionem tuam vsque ad nouissimum diem sęculi; vt ingredientes in illam certam faciant vocationem suam.

Mercedem copiosam sicut tritici mensuram recipient tecum filij tui de manu Domini; te-

cum

cum enim beati viuent in ęternum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 48.

AB oriente vsque ad occidentem, & à meridie vsque ad aquilonem auditæ sunt mirabilia opera tua, Teresia; quæ in virtute Dei tui fecisti viuens in terra.

Obstupescunt obmutescentes potentes, & sapientes audiendo prudentiam,& sapientiam tuam; te etenim Angelum iudicans à Deo missum in mundum.

Os tuum, & labia tua, Teresia, diuinam sapientiam ostendebant;quoniam vitam ęternam docebant audientes te, & habitantes tecum in vnum.

Non etenim tua quęsisti quandoq; tu virgo benedicta; sed gloriam Dei,& conuersionem peccatorum in omnibus operibus tuis.

Vitam angelicam duxisti,atque cœlestem cum peccatoribus; ideo cum Angelis nunc gloriosa viuis in cęlo. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 49.

VAlde manè Dominus vocauit te Teresiam dilectam suam; & scalam ascendendi in cœlum ostendit tibi.

Nunquam arguit te Dominus in cunctis operibus tuis, Teresia virgo sanctissima; quoniam voluntatem eius fecisti semper.

Cor tuum in holocaustum sempiternum obtulisti Maiestati Dei altissimi; teque immaculatam custodisti vsque ab pretiosum obitum tuum.

Propterea nunquam dixit tibi Dominus hæc mala fecisti, & tacui; nec vnquam furore accensum aduersum te cognouisti eum.

Quinimmo tanquam præelectam sponsam suam dilexit te; & oculis misericordiæ suæ respexit te semper. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 50.

MIsericordiam quàm magnam fecit tecum Deus tuus beatissima virgo; quoniam

niam ſtola candida induit te quam nunquam perdidiſti.

A die regenerationis tuæ vſq; ad mortem tecum fuit Altiſſimus; templum enim eius ſanctiſſimum fuit anima tua.

Pretioſo ſanguine ſuo aſperſit te Chriſtus Filius Dei viui; & pluſquam niuem dealbauit te, & pulcherrimam inter virgines fecit te.

Propterea tu quoque pro iuſtificatione impiorum deſudaſti cunctis diebus vitæ tuæ; aſſiduas enim preces, & lacrymas effudiſti pro illis ad Dominum.

Miſericordiam Dei magnificaſti ſuper omnia opera eius; quoniam multi peccatores conuerſi ad Dominum, meritis tuis ſalui facti ſunt. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

EN ſapientiam multam Tereſiæ
Dedit Altiſſimus, non quidem ſtudio,
Sed ſola Spiritus ſancti paracliti
Virtute illam tradidit.
Hinc libros plurimos ſcripſit diuinitus,
Qui lecti faciunt mundum contemnere
Mares, & fœminas, atque relinquere,
Suam-

Suamque amplecti regulam.
In ore omnium Christi fidelium
Huius Teresiæ doctrina resonat,
Eius, & sanctitas Dei Ecclesiam
Totam facit resplendere.
Nonumque sæculum illustre reddidit
Nomen Teresiæ, illius penetrans,
Vrbes, & oppida, deuotas faciens
Gentes cunctas, & populos.
Patrem ingenitum laudemus cælicum,
Illius vnicum laudemus Genitum,
Amborum vinculum laudemus Spiritum
Ex nunc, & in perpetuum. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

PRæsta quæsumus omnipotens, & misericors Deus, vt sicut Ecclesiam tuam beatæ Teresiæ virginis meritis, & doctrinis illustrare voluisti, ita etiam eius suffragijs communita, dignè Maiestati tuæ diuinæ deseruire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CAN-

CANTICVM I. 51.

GLoriabuntur quandoque, Teresia, persequentes te in operibus tuis; nondum enim cognoscebant Spiritum sanctum, qui erat in te.

Propterea insidias parabant aduersum te quærentem salutem animarum suarum; te namque à Deo missam non credebant.

Lampas ardens quàm longè fuisti in Hispania adhuc mortalis in terra, nunc autem vniuersam Ecclesiam Dei illuminans sanctitate tua.

Dominum Deum tuum magnificasti in patientia, & humilitate tua; porrò nunquam turbata es in tribulationibus tuis quàm multis.

Dulce resonabat in ore tuo nomen Iesu, & Mariæ Matris eius intemeratæ; propterea gaudium magnum sentiebas in laboribus tuis. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 52.

TE insanam, & intellectum non habentem æstimauerunt viri insensati; quoniam sanctum zelum tuum in Deum ignorabant.

Opera etenim tua quasi vana, & inutilia iudicabant; veruntamen Deus confudit eos, & obmutescere fecit eos.

Ecce quàm præclaram fecit eis sanctitatem tuam; & tanquam humilem ancillam suam sublimauit te in regno suo.

Ecce nunc sancta inter sanctos collocata adoraris à Christifidelibus; tu verò sanctissima virgo preces assiduas pro illis effundes ad Deum tuum.

Reges quoque, & principes terræ auxilium tuum quærunt apud Deum Regem regum; vt veniam peccatorum suorum inuenire mereantur apud clementiam suam.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 53.

IN virtute nominis sui te sponsam suam saluā fecit Dominus Deus virtutum; susceptor tuus, Teresia, fuit Deus Iacob.

Propterea cor tuum ad Deum habuisti semper; ipse verò Deus tecum fuit vsque ad mortem.

Ad Dominum Deum tuum leuasti oculos tuos; ideo de montibus sanctis misit tibi auxilium suum Altissimus.

Inimicos tuos, Teresia, dissipauit Dominus furore accensus in eos; propterea nunquam præualuerunt aduersum te Seraphicam suam.

Tu verò virgo sacrata sacrificium laudis, & honoris obtulisti ei; quoniam apud gentes multas laudasti, & honorificasti nomen sanctum eius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 54.

HVmiles preces tuas, Teresia, nunquam despexit Dominus, nec vnquam aures suas

ſuas clauſit petitionibus tuis.

Perſecutiones multas, & dolores ſuſtinuiſti in reparanda Religione tua,& in ędificandis eccleſijs; homines enim impij aduerſabantur ſanctis operibus tuis.

De cœlo lumen ſuum miſit Dominus, & illuminauit te; vt fugeres inſidias perſequentium te iniuſtè.

De manibus eorum eripuit te Chriſtus dilectus ſponſus tuus; nec aliquando poteſtatem dedit eis aduerſum te dilectam ſuam.

Propter fortitudinem animi tui, Tereſia, magnificauit te Dominus in Eccleſia ſua; in cœlo autem inter Angelos Seraphinos poſuit glorioſum ſolium tuum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 55.

SVperbiam Luciferi, & exercitus eius contriuit Dominus Deus virtutum; quoniam conculcare quærebant te, & puſillum gregem tuum.

Tu verò, Tereſia, nunquam timuiſti eos, nec calliditatem eorum; quoniam tecum ma-

nebat Dominus ad protegendum te.

Quinimmò te formidabilem fecit Deus cunctis principibus tenebrarum; ideo cruciabantur, & cruciantur nimis audientes nomen tuum.

In obsequium namque Dei, & in salutem Christi fidelium direxisti omnia opera tua; nunquam enim sinistra tua vidit quod fecit dextera tua.

Te sanctam, & immaculatam custodiuit Filius Dei sanctus, & immaculatus sponsus tuus; quoniam sponsam suam, secundùm cor suum inuenit te super terram. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Tantus erga Christum amor
In hac mansit virgine,
Vt nil præter ipsum esse
Diligendum diceret;
Hinc dissolui cupiebat,
Vt cum ipso viueret.
Cuncta vana prædicabat,
Quæ promittit sæculum,
Ac inanes indicabat

Eius

Eius iam delicias;
Vnde omnes hortabatur,
Vt Deum diligerent.
Paradisi prægustata
Mente nam dulcedine,
Illa cibus, illa potus;
Dum vixit, sibi extitit:
Semper vnde iam futuram
Inquirebat patriam.
Deo trino, vnicoque
Sit æterna gloria
Vniuersum gubernanti
Sua tantùm dextera
Nullum quidem sentienti
Laborem, nec tædium, Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatæ Teresiæ virginis tuæ præcordia sic amoris tui igne accendisti, vt quidquid in mundo reperitur, tanquam nihil contemneret, concede propitius, vt ipsa intercedente, eius-

dem ignis calore accenſi, te ſolum ſuper omnia diligentes, æternæ beatitudinis tuæ cum ipſa participes efficiamur in cœlis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 56.

SVb alis beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris tuæ, Tereſia, vixiſti vſque ad mortẽ; ideo tutiſſima ambulaſti in tribulationibus tuis.

Ad Ieſum, & ad Mariam Matrem eius intemeratam clamaſti in neceſſitatibus tuis, propterea diabolum, & angelos eius triumphaſti ſemper.

De cœlo te cum diabolo pugnantem reſpiciebat Altiſsimus; teque victricem fecit in omnibus certaminibus tuis.

Nocte ſurgebas ad laudandum Dominum Deum Sabaoth; pro ſalute omnium gentium preces, & lachrymas effundebas coram oculis eius.

Miſericordiam Dei ſuper omnia opera eius magnificaſti apud Chriſti fideles; ipſe autem magnificauit; & exaltauit te in cęlo, & in terra. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 57.

VIam Dei docuisti filios, & filias tuas, Teresia; præcepta etenim, & sancta consilia eius docuisti eos.

Peccatores, & impios odio habuisti semper tu sanctissima virgo; quoniam legem Domini Dei tui non custodierunt.

Tabescere fecit te zelus sanctus tuus in omni tempore; dum videbas fideles facere contra præcepta Maiestatis Altißimi.

Tu autem ex toto corde clamasti ad Dominum pro salute eorum; sciebas namq; sanguine Christi pretioso esse redemptos.

Sagittas acutas in manu sua habebat Deus exercituum ad percutiendum eos; sed propter preces sanctas tuas gladio contritionis percussit eos; & sic saluos fecit eos. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 58.

A Peccatoribus segregauit te Dominus quasi ab vberibus matris tuæ; & à delicijs sæculi longè fecit te electam suam.

Propterea non humanam, sed Angelicam vitam duxisti vsque ad mortem; & tanquam

Angelus cum Angelis beatiſſima viuis in cœlo.

Feſtinanter properauit Dominus ad illuminandum te; ne tenebræ comprehenderent te, & à via ſalutis aberrare facerent te.

In iuſtitia ſua ambulare fecit te Dominus iuſtus, & miſericors; propterea ad iuſtificationem duxiſti impios, & peccatores.

Quàm humilis quoque, & abiecta valde ambulaſti in conſpectu Dei tui, ipſe autem inter Principes Regni ſui exaltauit te.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 59.

Dominum Deum tuum iam diù à te longè manere timuiſti virgo beata; veruntamen nunquam dereliquit te tanquam dilectam ſponſam ſuam.

Te in timore ambulare fecit Dominus; vt eius amore accenſa, nullum, præter ipſum, amatorem admitteres aliquando.

Viam quàm duram, & arctam oſtendit tibi Chriſtus Ieſus ſponſus tuus; hæc eſt etenim via inueniendi ipſum vitam æternam.

Tu

Tu quoque Teresia ad tam arctum viuendi institutum duxisti Religionem tuam; atque in rigore maximo seruandum reliquisti illud dilectis filijs tuis.

Ideo Religio tua inter alias quàm multùm decorata est in Ecclesia Dei; & sicut stellas cœli multiplicans multiplicabit illam Altissimis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 60.

Diabolum, & angelos eius nunquam timuisti, neque peccatores; Dominus enim tecum fuit ab vtero matris tuæ.

Quasi ad nihilum redacti sunt persequentes te; tu verò, Teresia, quàm valde exaltata es apud Deum, propter multas tribulationes tuas.

Dum præliabatur aduersum te diabolus cum exercitibus suis, gloriabaris; quoniam Christum tecum habebas pugnantem, & te victricem facientem.

Exaudiuit te Dominus in tribulatione clamantem, & liberauit te; quoniam te sponsam suam,

suam, vt pupillam oculi sui diligebat vehementer.

Adiutor meus es tu, dixisti Domino in tribulatione posita; Dominus autem dixit tibi, ne timeas, quoniam tecum suum, vt liberem te. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

SE veram Domini sponsam Altissimi
Studebat reddere mater Teresia;
Hinc omnem criminis labem aufugiens
Viuebat iam sanctissimè.
Virtutum omnium magistra extitit,
Quinimmò omnia ex voto facere
Promisit Domino, vt semper sanctior
Viuens, cælum scanderet.
Vitam hinc cælicam duxit ad obitum
Vsque sanctissimum suum Teresia;
Namque nouissimus vixit vt Angelus,
Mundi spernens delicias.
Ardentis maximè amoris fecerat
Fornacem Dominus illius animam;
Mirum non igitur, si sic Teresia
Dei dilexit Genitum.

Prë

Pro nobis obsecra Deum, Teresia,
Qui solus machinam gubernat saeculi,
Dans esse omnibus suis operibus
Ex sacris factis manibus. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam tam sanctè viuere fecisti, vt omnia mundi oblectamenta contemneret, concede propitius, vt eius meritis, & intercessione adiuti, sic sanctè, piè, & iustè viuamus, vt cum ipsa æternis mensæ tuæ delicijs perfruamur in cęlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 61.

VOluntati Altissimi animam tuam subiecisti semper virgo beata; propterea gratiam te Deo gratam facientem nunquam perdidisti.

Quinimmò noua Dei gratia præuenta sanctior

ctior in dies euasisti in conspectu eius;nihil in terra quæsisti, nisi vnum fieri cum Christo dilecto sponso tuo.

Ideo nunquam à lege Dei tui declinasti tanquam ab ęterno electa; consilia quoque eius non minus, quam præcepta ejus seruasti semper.

Deus autem nunquam longè fecit auxilium suum à te; tecum enim fuit semper quocunque ambulasti.

Magnam fecit te Deus exercituum in Ecclesia sua; in cęlo autem inter Angelos Seraphinos glorificauit te in sęculum sæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 62.

VAlde mane vigilasti sanctissima mater Teresia; vt Iesum sponsum tuum, quem quærebas, inuenires.

Multùm sitiuit anima tua in Christo Iesu Matris tuæ Filio; propterea in cœlum cœli eleuabatur in orationibus tuis.

Sancta, & immaculata vsque ad mortem am-

ambulasti coram Deo, & Angelis, & hominibus; vt beata viueres in Regno Dei tui.

Ex toto corde, Teresia, seruisti Maiestati Dei altissimi; quoniam misericordiam eius immensam, quam tecum fecit, cognouisti.

Quàm magna, & ineffabili dulcedine replebatur anima tua, Teresia; dum sæpissimè ad delicias cœli orando, eleuabatur.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 63.

CLamores tuos, Teresia, audiuit Dominus de excelso throno gloriæ suæ; & aures pietatis suæ inclinauit ad preces tuas.

Aduersus dęmones, & impios Spiritu sancto armauit te Deus Potestatum, & inuictam fecit te semper cum illis pugnantem.

Tanquam fœminam, non autem tanquam Christi sponsam respiciebant te; ideo aduersum te insurgebant aliquando.

Veruntamen in confusione quàm maxima discedebant à facie tua; quinimmò cruciabantur cognoscentes cęlestem fortitudinem tuã.

Per

Perditionem tuam quærebat diabolus cum exercitibus suis; quoniam animas sanguine Christi redemptas rapiebas de manibus eius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 64.

VEstigia tua Euangelica, atque cœlestia cognouerunt Christifideles; ideo contemptis, quæ sunt in mundo, te secuti sunt lætantes.

Secundum propositum voluntatis suæ vocauit te Altissimus; & in tempore iustificatam in æternitate sua beatificauit te.

Essentiam etenim Dei viuendo iam satiaris in æternum; quoniam non longè à throno Matris suæ intemeratæ posuit sedem tuam.

Paupertate Christi, & humilitate eius quam maxima munita ciuitates multas peragrasti, Teresia; vt ad pœnitentiam duceres peccatores terræ.

Formidabant omnes, & turbabantur antequam agnoscerent sanctitatem tuam; nunc autem inter sanctos sanctam collocatam vniuersa

uersa Ecclesia adorat te.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 65.

IVbilasti Altissimo, & benedixisti nomini sancto eius, Teresia; quoniam in filiam Matris suæ elegit te.

Te nouum Patriarcham constituit in Ecclesia sua Deus exercituum; filios autem tuos tanquam nouos Apostolos misit ad prædicandum Euangelium suum.

Discalceatos sicut Apostolos suos fecit illos Christus Filius Dei viui; & sicut oues in medio luporum destinauit eos.

Ad reparandam Religionem Matris suæ ante sæcula elegit te; propterea os,& sapientiam dedit tibi apud Reges, & Principes terræ.

Tribulationes multas, & assiduas sustinuisti in reparatione illius;nec ideo cessasti aliquando à preclaris operibus tuis.
Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

Noua Christi Seraphica
Fuit ista Teresia;
Nam sic dilexit Dominum,
Vt cuncta nihil diceret.
Hinc sui sponsi placitum
Studuit semper facere,
Hoc tantum bonum iudicans
Ista virgo sanctissima.
Quærebat & fidelium
Salutem semper omnium;
Sciebat nam Catholicos
Christi redemptos sanguine.
Habebat, & commercium,
Dulce quoque colloquium
Cum Christo sæpe sæpius
Quasi cum patre filia.
Aeternam demus gloriam
Parenti nunquam genito,
Natoque semper genito,
Ducto semper Spiritui. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ore-

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui beatæ Tereſiæ virgini tuæ illud ſolum bonum eſſe oſtendiſti, quod diuinæ Maieſtati tuæ placitum eſt, quæſumus, vt, ipſa intercedente, ſic, quæ placita ſunt tibi, nos quoque facere doceas, vt ad gaudij ipſius conſortium ſecuri peruenire valeamus. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 66.

SEcundum magnam miſericordiam ſuam reſpexit te Deus; à conſtitutione mundi ad vitam æternam vocauit te.

Propterea vt pupillam oculorum ſuorum dilexit, & cuſtodiuit te; & ad coronam gloriæ per Angelos ſuos duxit te.

Adhuc peregrina terram perambulãs cum Angelis fuit conuerſatio tua; & vitam Angelicam duxiſti cum illis.

Gaudeant nunc, & exultent vniuerſi Chriſtifideles; quoniam aduocatam noſtram conſtituit te Dominus apud Maieſtatem ſuam.

Propterea defende nos, Teresia, apud Altissimum in necessitatibus nostris; vt in die illo nouissimo securi maneamus in conspectu eius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 67.

FEstinauit Dominus ad protegendum te virginem sponsam suam; & obmutescere fecit omnes persequentes te sanctam, & innocentem.

Defecerunt quandoque calumniantes te salutem animarum quærentem; præclaram enim fecit eis Dominus sanctitatem tuam.

Ecce, qui tibi auxiliati sunt in sanctis operibus tuis; iam lætantes tecum epulantur in mensa Christi Regis gloriæ.

Dulces hymnos, dulcesq; psalmos cantas, & gratias agis Deo; qui saluos fecit eos sanctis precibus, & meritis tuis.

De cœlo egressus Dominus tibi in occursum venit ad auxiliandum tibi; vt fortem, & constantem faceret te in ædificandis Ecclesijs altæ Maiestati suæ. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM III. 68.

ZElus tuus, Teresia, quàm maximus fuit erga cultum Dei exercituum; ideò Ecclesias multas fundasti, & exornasti eas.

Tribulationes multas sustinuisti propter Deum gaudens, & exultans; nec vnquam timuisti minas, & iniurias persequentium te.

Opprobrium mundi facta es, Teresia, antequam Deus præclaram faceret sanctitatem tuam.

Bene fundata est Religio tua in Ecclesia Dei; propterea propagata est apud omnes gentes, & nationes orbis terræ.

Nulla adhuc macula videtur in illa, neque videbitur; quoniam in protectione Dei, & Matris eius manens manebit vsque ad nouissimum diem sęculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 69.

DE excelso throno gloriæ suæ respexit te Deus Israel; vt saluam faceret animam

tuam ab æterno electam.

Ab initio ortus tui festinanter properauit ad protegendum te dilectam suam; ne quando caderes à iustitia tua.

Ideo quasi leones rugientes, & confusi discedebant à te diabolus,& angeli eius;erubescebant non præualere aduersum te calliditatem eorum.

Exultasti semper, & iubilasti in aduersitatibus tuis, Teresia, propterea in exultatione quoque quàm magna, & in iubilatione Regnum cœlorum ingressa est anima tua.

Zelo maximo dilexit te Dominus Deus virtutum; vigilauit enim ad ianuas domus tuæ, ne alium amatorem admitteres cubiculum sanctum tuum. Gloria Patri,&c.

CANTICVM V. 60.

TV beatissima virgo in Domino sperasti semper; propterea te magnam fecit in Ecclesia militanti, atque triumphanti.

Aures benignitatis, & misericordiæ suę inclinauit Dominus ad sanctas preces tuas; nec vn-

vnquam ianuas cęli clausas inuenerunt orationes tuæ.

Ad Dominum inexpugnabile propugnaculum tuum confugisti in tribulationibus tuis; ideò inuicta semper triumphasti omnes aduersarios tuos.

A potestate,& ab insidijs diaboli, & angelorum eius eripuit te Dominus; quinimmò caput eius contriuisti pedibus tuis.

Inimicitiam quàm magnam, & perpetuam posuit Dominus inter te,& diabolum,& exercitus eius; ideo timentes, & trementes fugiebant conspectum tuum. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

ISta fidelium salutem omnium
Ardenter quæritans fundebat lacrymas
Suas assiduas,precesque Domino;
Illos saluandi gratia.
Hinc sanctos maximè dilexit Martyres,
Suum qui proprium fuderunt sanguinem
Pro peccatoribus, ad pœnitentiam
Illos ducentes sæpius.
Huius nam charitas cibus perpetuus

Ad suum obitum usque iam extitis,
Atque propterea iure Seraphica
Omni vocari meruit.
Aeternam Domino cantemus gloriam
Trino, ac vnico, qui solus machinam
Mundi tam maximam regit perpetuò,
Laborem nullum sentiens. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in corde beatæ Teresiæ virginis tuæ tantum tui diuini amoris ignem accendisti; vt te solum super omnia, & totius mundi salutem diligeret, fac propitius, vt nos fideles tui ita ipsam in hac diligendi virtute imitemur in terris, vt eius quoque æternæ charitatis fructus perfrui mereamur in cęlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 71.

ARdenti Christi amore succensa sicut dilectus discipulus eius, spiritum reddidisti

ſti Altiſſimo ; quem immaculatum cum illo ipſe Deus collocauit in cœlo .

De ſinu matris tuæ, Tereſia, amore Dei accenſa veniſti in mundum ; ſic etiam accenſa cursum certaminis tui conſummaſti .

De ſacroſancto fonte Baptiſmatis tecum portaſti nomen ſanctum tuum , Tereſia , ter etenim amore ſuo te Deus tanquam Seraphicam ſuam ſuccendit .

Te namque naſcentem, te viuentem, teque morientem amore ſuo diuino ſuccendit Chriſtus; ideò nihil, præter ipſum dilexiſti viuens in terra .

Te ignem miſit Deus in Eccleſiam ſuam beatiſſima virgo; vt totum orbem terrarum accenderes non minus, quàm Franciſcus ille Seraphicus . Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 72.

ECce tanquam ſancta iam adoraris à Chriſt. fidelibus in terris; in cęlis autem honorificaris ab Angelis, & ab omnibus electis Dei .

Solus namque Deus, trinus, & vnus, & Verbum eius incarnatum adoratur in cœlo, & in terra; Maria quoque tanquam Mater eius intemerata.

Totis orbis terrarum pro te clamauit apud Christi Vicarium, caput omnium Ecclesiarum; vt te sanctarum virginum numero adscriberet, atq; ab omnibus adorandam præciperet.

Tu verò sanctissima virgo pro omnibus exclamas apud Deum in cęlo; vt nos iustificet, & iustificatos glorificet tecum in regno suo.

In ore infantium quoque, & lactentium resonat nomen sanctum tuum, Teresia, & te sanctam clamant, & adorant lætantes.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 73.

CAnticum nouum cantauerunt omnes Ecclesiæ in sanctificatione tua, Teresia, atque inenarrabilis lætitia facta est in toto orbe terrarum.

In tympanis, & choris, in cordis, & organis laudes tuas cantauerunt omnes Christifide-

les;

les; in ſono tubarum, & in pſalterijs decantauerunt ſanctitatem tuam.

In cymbalis benè ſonantibus, & in cymbalis iubilationis laudauerunt te tanquam nouam ſponſam ornatam viro ſuo; dulces pſalmos, dulces hymnos decantauerunt tibi.

Viri Religioſi, atque ſapientes ineffabilem ſanctitatem tuam prædicauerunt; veruntamen te dignis laudibus tuis efferre non potuerunt.

Tartareæ verò legiones audientes laudes tuas cruciabantur ſuper, & ſubtus terram manentes; teque cum Angelis collocatam videntes, requiem inuenire non potuerunt.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 74.

TE Lunam perfectam in Eccleſia ſua poſuit Deus Creator cęli, & terræ; ad expellendas tenebras à cordibus peccatorum miſit te nouum lumen ſuum.

In tenebris namque ambulantes, Deum lucem æternam offendebant; decedentes autem

tem ad tenebras æternas descendebant.

Tu verò lumine sanctitatis tuæ vias rectas ostendisti cunctis gentibus; qui tanquam cęci illas non videbant.

Dęmones principes tenebrarum præclarum lumen tuum cęlare quærebant; veruntamen in vanum laborauerunt, timentes nomen tuum.

Noctem illuminasti sicut diem tu beatissima virgo; quoniam eclipsim nunquam passa es perficiens cursum tuum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 75.

NOn cęlestis veneris pulchritudinem dedit tibi Christus speciosus præ filijs hominum; sed longè pulcherrimam tanquam sponsam suam fecit te.

Te videntibus, Teresia, magnum castitatis exemplum dedisti semper; te vndique purissimam nouerunt in cunctis actibus tuis.

Mortificabantur omnes videntes faciem tuam, & modestiam tuam quàm maximam; ideò quàm plurimi castitatem perpetuam

vouebant Altissimo.

Virgines multas, tu virgo, Christi sponsas fecisti adhuc viuens in terra; multa enim cęnobia fundasti pro virginibus Deo sacrandis.

Propterea tu virgo vsq; ad pretiosum obitum tuum permansisti;& ab Angelis cum virginibus collocata es in cœlo.

Gloria Patri, &c.

Hymnus.

INtactum virginis huius corpusculum,
Ac odoriferum seruat Hispania,
Valdè iam glorians talem se filiam
Nostro edisse sæculo.
Liquor perpetuus ex illo scaturit
Pretiosissimus, reddens incolumes
Aegros sæpissimè cunctos mirificè,
Grande quidem miraculum.
Vnde fidelium eius ad tumulum
Sanctum frequentia cunctis ex gentibus,
Linguis, & populis deuotis maximè
Colendi currit gratia.
Omnem imperium, omnem & gloriam,
Laudes perpetuas, cultum & latrium

Sol-

Soluamus Domino nostro altissimo
Cunctis regnanti sæculis. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui ad ostendendam virginis tuæ Teresiæ sanctitatem de sacro eius corpore pretiosum liquorem pro tuorum salute fidelium perpetuò emanare facis, concede propitius, vt nos ita ipsam deuotè veneremur in terris, vt eiusdem suffragantibus meritis, gratiam tuam de cœlis super nos emanare facias in perpetuum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 76.

EX toto corde beatissima virgo sponsa Christi clamasti ad Dominum; Dominus autem ad preces tuas respexit, & exaudiuit eas.

Plusquam postulasti à Domino accepisti semper de manu eius; nunquam clausas, neq; par-

parcas inuenisti manus eius.

Media nocte leta surgebas ad laudandum Dominum Deum tuum; & ad meditandam passionem Christi Filij eius.

In illa etenim verum, & perpetuum cibum inueniebas ad refocillandam animam tuam; & sicut cera in conspectu ignis liquefiebat spiritus tuus.

Ideò cum Christo crucifigi, & cum illo mori cupiebas vehementer; vt cum ipso moriens, cum ipso quoque beata viueres in sæculum sæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 77.

VElox fuisti, Teresia, ad audiendum verbum Dei Israel; velocior tamen ad custodiendum illud vsque ad pretiosum transitum tuum.

Tu virgo sæpius ad tertium cœlum rapta multa diuinitus didicisti à Domino; ideò nouus doctor facta es in scribẽdo arcana Dei.

Doctrina tua, & sanctitas tua, Teresia, ad omnes populos, & nationes orbis terræ peruenit;

uenit; nomen autem tuum ecce iam sanctnm resonat in ore omnium Christifidelium.

Filios multos vestigia sanctitatis tuæ sectantes reliquisti in mundo; qui te mirabilem, & sanctam prædicant apud omnes gentes.

Benè fundata est Religio tua, Teresia, in Ecclesia Dei; propterea neque hæretici, neq; dęmones pręualebunt aduersus eam aliquando. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 78.

Viri simplices, & humiles ingrediuntur Religionem tuam, Teresia, ideò vitam Angelicam, & cœlestem ducere videntur.

Optimam partem eligunt sibi, quæ non auferetur ab eis in æternum; quoniam in protectione tua viuentes securi ascendent in cœlum.

Seipsos, & mundum contemnere docuisti filios tuos; ipsi autem tanquam ducem, & pastorem sequuntur te Patriarcham suum.

Ideò nunc Reges, & Principes gaudentes excipiunt eos in regnis, & in ciuitatibus suis, &

& ficut humiles, & fideles feruos Dei honorificant eos.

Tanquam nouiſſimum lumen de cęlo miſſum reſplendet Religio tua in orbe terrarum; nunquam enim ceſſant prædicare verbum Dei Chriſtifidelibus. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 79.

TAnquā electam ſuam deduxit te Deus per vias, & ſemitas ſuas; & ab vberibus matris tuæ regnum ſuum oſtendit tibi.

Tu verò Tereſia per illas ambulaſti vſque in finem; nunquam etenim tranſgreſſa es mandata, neque ſancta conſilia eius.

Propterea membrum Chriſti, & templum Dei facta es in Eccleſia eius; tecum namque vixit, & tecum habitauit ſemper.

Dux itineris tui fuit Altiſſimus apud gentes in cunctis operibus tuis; in ipſo enim confortata, & virtute eius munita viriliter egiſti ſemper.

Ab vtero matris tuæ vſque ad mortem tibi propitius fuit Deus deorum; nec vnquam

te ſolam reliquit dilectam ſponſam ſuam. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 80.

GAude, & lętare virgo Seraphica, & pſalmum dicito Chriſto Redemptori tuo; quia adiutor tuus, & ſuſceptor tuus fuit ſemper, & vbique.

Ecce quaſi nouam ſponſam de cęlo venientem deſponſauit ſibi Dominus Religionē tuam; quæ quaſi oliua fructifera palmites ſuos extendit vſque ad nouum orbem terrarum.

Pręcepta, & conſilia Euangelica in ęternam hæreditatem reliquiſti filijs tuis; quoniam mercedem copioſam promiſit Deus omnibus, qui cuſtodiunt illa.

Pluſquam aurum in fornace probatum reſplenduit ſanctitas tua, Tereſia, in Eccleſia Dei; ideò coronam auream poſuit Dominus ſuper caput tuum.

Cor tuum dilatauit Dominus, & Spiritu ſancto ſuo repleuit illud; propterea vitam Seraphicā duxiſti coram oculis eius. Gloria, &c.

Hym-

Hymnus.

SAnctorum omnium en deuotissima
Ad mortem extitit vsque Teresia,
Valdè veruntamen Matris Altissimi,
Corde quam toto coluit.
Ioseph post Virginem dilexit maximè;
Huius nam precibus confisa fortiter
Labores pertulit suos assiduos,
Deuotè illum celebrans.
Sanctos Apostolos Petrum, & Paulum,
Decemque millia dilexit Martyrum,
Qui simul sanguinem pro Christi gloria
Die fuderunt vnico:
Ad ipsam Martyrum venit exercitus
Istorum maxima cordis lætitia,
Dicens, Teresia, nobiscum venies
Cælum iam læta penetrans.
Cantemus igitur æternam gloriam
Immenso Domino, qui solus machinam
Istam tam maximam omne per sæculum
Regit, viuens perpetuo. Amen.
℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens æterne Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam sic omnium Sanctorum, potissimùm autem beatissimæ Mariæ semper Virginis, vnigeniti Filij tui genitricis, atq; beati Ioseph eius sponsi deuotam fecisti, & quidam ex illis ipsi apparentes dicerent, te ab hac vita migrantem in cœlum gloriosam portabimus, fac quæsumus, vt nos quoque fideles tui tantam ipsius, & illorum deuotionem habeamus in terra viuentes, vt ad essentiam Maiestatis tuæ videndam cum ipsis ascendamus in cęlum. Per eundem Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 81.

TE adhuc vbera sugentem suscepit Dominus Deus virtutum; & ex tunc nunquam dereliquit te.

Ad opera magnifica, & quàm præclara ab æterno elegit te Deus excelsus; ideò nunquam longè stetit à te parumper.

Ma-

Mares, & fœminas tibi ſimiles ſacrum habitum tuum induiſti tu virgo benedicta ; vt mortui ſæculo, tecum Chriſto viuant in ſeculum ſæculi.

Lapides pretioſi fiunt ingredientes Religionem tuam propter ſanctitatem illius ; & quaſi myrrha electa odorem ſuauitatis reddunt in Eccleſia Dei.

Propterea deos faciet eos, & filios ſuos Deus excelſus; cohæredes autem Chriſti Filij ſui tecum faciet eos in Regno ſuo.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 82.

TE ſimilem ſibi fecit Filius Dei tanquam dilectam ſponſam ſuam; vt in ſanctitate cum ipſo ambulans, cum ipſo quoq; beata viueres in domo ſua.

Zelo quàm maximo zelaſti ſalutem peccatorum, Tereſia ; illos etenim pretio magno emptos tu virgo nouiſti.

Ideò diabolus, & omnis exercitus eius laqueos parauerunt greſsibus tuis; tu autem aſ-

ſiduis orationibus, & ieiunijs accincta illos triumphaſti ſemper.

Sanctitas tua, & charitas tua quàm maxima ſagittæ acutæ fuerunt aduerſus dęmones; propterea quaſi leones rugientes quærebant perdere animam tuam.

Veruntamen in vanum laborauerunt inſurgentes aduerſum te; quoniam vt caſtrorum aciem fortiter ordinatam inueniebant te. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 83.

DElicias domus Dei conſideraſti viuens in terra; ſpiritu autem in cęlum rapta ſæpiſſimè illas guſtare meruiſti.

Liqueſiebat cor tuum ſanctiſsima Chriſti Seraphica; dum mens tua menſæ cęleſtis voluptatem contemplabatur.

Ideò exultabas quàm valdè iam proximum eſſe ſanctum tranſitum tuum; quinimmò gaudens gratias agebas Domino Deo tuo.

Quàm longè cognouiſti melius eſſe vna die habitare in domo Dei; quàm habitare in do-

domibus regum terræ in æternum.

Ideò tempus resolutionis corporis tui cupiebas vehementer; dicebas enim, cupio dissolui, & esse cum Christo sponso meo.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 84.

TE sponsam suam ab æterno electam benedixit Dominus; à seruitute enim diaboli eripuit animam tuam.

In sacrosancto Baptismo iustificatam benedixit te Deus; nec amplius aduersum te iratum cognouisti eum.

Antequam malitia mutaret intellectum tuum, ad contemnendum mundum duxit te dilectus sponsus tuus; quoniam vt pupillam oculi sui diligebat te.

Misericordiam suam quàm maximam ostendit tibi Altissimus; immaculatam enim custodiuit animam tuam vsque ad nouissimum diem tuum.

Quasi nouum præcursorem suum constituit te Dominus in Ecclesia sua; viam nam-

que salutis æternæ præparasti sequentibus te. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 85.

BOnum certamen certasti, cursum consummasti, & fidem seruasti; ideò coronam iustitiæ reddidit tibi Iudex ille cęlestis.

Inter Sanctos te sanctiorem multis fecit Deus sanctus sanctorum; inter Principes vtique Regni sui collocauit te humilem ancillam suam.

Similem Matri suæ, non autem æqualem illi fecit te Christus Iesus; propterea in virtutibus multis, non autem in omnibus secuta es illam.

Veruntamen virginibus multis sublimiorem fecit te in regno suo; quoniam sapientia, atque doctrina cęlesti repleuit te adhuc in terra viuentem.

Tu decus, tu corona, tu ornamentum montis Carmeli fuisti; tu lętitia, tu gaudium, tu gloria Eliæ, & omnium patruum tuorum. Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

GRandis in Domino fuit Teresia
Fides in omnibus, licet quàm maximis
Mundi periculis, atque laboribus,
Cui cuncta erant prospera.
Flumen cum socijs nocturno tempore
Transire cogitur virgo sanctissima,
Vitæ periculum abstabat omnium
Quàm densas propter tenebras.
Lumen veruntamen magnum apparuit
De cælo subito ortum mirabile;
Vnde securius quàm die transeunt
Turbatas eius gurgites.
Cęlorum Domino, ac exercituum
Sit iubilatio, ac benedictio,
Simul, & unica, trinaque gloria
Per cuncta semper sæcula. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatæ Teresiæ virgini tuæ noctem quasi

meridiem clarescere fecisti, vt rapidas fluminis voragines secura cum socijs transiret, concede propitius, vt populus tibi fidelis, eius suffragijs adiutus, cuncta huius vitæ discrimina absque naufragio transiens, ad æternæ salutis portum securus valeat peruenire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 86.

FVndamenta Religionis tuæ, Teresia, Elias, & Eliseus, & alij viri sanctissimi fuerunt; quorum Regulam, & sanctitatem secutus est præcursor Domini.

Mirabilia dicta sunt de Religione tua, Teresia; Christus namque ad montem Carmeli secedens patres illius diuinam Scripturam docendo declarabat.

Maria quoque Dei Mater intacta illos sæpissimè visitando, instruebat; sanctitatem, & doctrinam Filij sui docebat eos.

Patres Religionis tuæ in monte Carmeli Ecclesiam Deiparæ ante omnes ædificauerunt; vbi imaginem eius à diuo Luca depictam adorauerunt.

Læ-

Lętentur igitur, & exultent omnes ingredientes ſanctam Religionem tuam; quoniam in illa ſanctè viuentes, tecum in cœlo beati viuent in ſæculum ſæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 87.

INter Patriarchas ſuos ſanctos collocauit te in cœlo Dominus; quoniam te quoq; Patriarcham, ac Matriarcham fecit ſæculis noſtris.

Tu virgo Mater virorum, ac mulierum fuiſti in Eccleſia Dei; vtriſque enim Regulam ſanctè viuendi tribuiſti.

Tu cum Prophetis Propheta computata es beatiſſima virgo; futura namque præuidiſti; & cordium ſecreta nouiſti.

Apoſtolum ſuum conſtituit te Chriſtus ſponſus tuus; nonnè Dei verbum apud gentes prædicaſti?

Martyris quoque coronam adepta es, & de manu Dei accepiſti eam; quoniam adhuc infantula pro fide Chriſti martyrium ſubire quæſiſti. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 88.

CVm Confessoribus muneraris tu virgo benedicta; quoniam teipsam contempsisti; & sæculum reliquisti non minus quàm Franciscus Seraphicus.

Virgo de vtero matris tuæ egressa es, virgo vixisti semper; virgo quoque immaculata ingressa es regnum cęlorum.

Virginum mater, & virginum custos fidelis fuisti tu virgo benedicta; virginitatem perpetuam coluisti, illamque virgines omnes docuisti.

Tanquam puer innocens post lauacrum Baptismatis moriens de corpore educta est anima tua; quoniam vestem, quam ex fonte accepisti, candidam, & immaculatam seruasti vsque ad mortem.

Cum omnibus iustis, & electis collocata es in regno Dei tui, Teresia; quoniam in sanctitate, & iustitia ambulasti coram oculis eius vsque ad mortem tuam pretiosam.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 89.

REgulam, quam Deus Eliæ dicto seruo dedit in monte Carmeli, elegisti tibi, Teresia; illamque reformatam in perpetuam hæreditatem reliquisti filijs tuis.

Propterea sedem præparauit tibi Christus in die iudicij; vt dæmones, & reprobos cum ipso iudices in die illa.

Apostolicam enim vitam duxisti quasi nouus Christi Apostolus; ideò cum principibus populi sui posuit solium tuum.

Quàm multùm gloriatur Deus in Religione tua virgo beata; quoniam quàm valdè honorificatur in illa Mater eius intemerata.

Per vniuersam Ecclesiam Dei laudant illam nouissimi filij eius, quos tu genuisti; Regulam enim eius à te reformatam tanquam Euangelicam, & diuinam custodiunt exultantes. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 90.

IN mundo quasi in eremo, & in solitudine habitasti tu virgo benedicta; quoniam conuersatio tua cum Deo, & cum Angelis eius fuit vsque ad mortem.

A laqueis enim diaboli eripuit te ab vtero matris tuæ; teq; triumphare fecit omnes hostes tuos Deus Altissimus.

Clementiam Dei immensam in te cognouisti ab infantia tua, Teresia, propterea amor eius quàm maximus exarsit in corde tuo.

De cœlo respiciens Deus, de se dignam cognouit te sponsam suam; quoniam nihil plusquam ipsum dilexisti cunctis diebus vitę tuæ.

Opprobrium hominum fuisti quandoque, Teresia, propter Deum; veruntamen quàm pulchra, & speciosa ambulasti in conspectu eius, & Angelorum. Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

ABiecta semper extitit,
Satis longèque humilis
Lethali absque crimine
Ad suum usque obitum.
Se tamen semper æstimans
Peccatricem quàm maximam,
Suum rogabat Dominum,
Vt notum sæclo faceret.
Cuncta, quæ erant vilia,
Gaudebat semper facere
Sacratas inter virgines
Sui conuentus habitans.
Deum pro nobis obsecra
Virgo beata, crimina
Nostra quàm multa abluat,
Suamque donet gratiam. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam præclaram

ram eius humilitatem inter Angelos Seraphinos exaltatam ab omnibus Christifidelibus in Ecclesia tua adorari præcepisti, concede propitius, vt ipsa intercedente, ita humiles in hac vita viuamus, vt ad eiusdem fęlicitatis prçmia pertingere valeamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 91.

QVàm bonum fuit tibi, Teresia, ab infantia portare crucem tuam post Christum sponsum tuum; quàm bonum fuit tibi deseruire excellsæ Maiestati suæ,

Dominum Deum tuum magnificasti in operibus tuis apud omnes orthodoxos, & fideles; Dominus autem magnificauit te in cęlo, & in terra.

Arcana, quæ non licet homini loqui reuelauit tibi Dominus; non enim per Angelos, sed per semetipsum occulta sapientiæ suæ manifestauit tibi.

Propterea cęlestis tota, & diuina æstimatur doctrina tua; multa ex illa discunt sapientes,

tes, opuſcula tua legentes.

Quaſi cedrus in Libano exaltata es, Tereſia, in toto orbe terrarum; excelſa autem facta eſt Religio tua, ſicut cypreſſus in monte Sion, propter ſanctitatem, & ſapientiam tuam. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 92.

CVm Angelis, & Archangelis coronaris in cœlo ſanctiſſima virgo; quoniam vitam Angelicam, atque Archangelicam duxiſti in terra.

Inter principes principatum habes in regno Dei, Tereſia; quoniam Luciferum, & omnes principes eius triumphaſti ſemper.

Cum cęleſtibus dominationibus dominaris in perpetuum; quoniam imperio regis gloriæ ſubieciſti voluntatem, & ſenſus tuos.

Virtutes cęlorum in obuiam tibi venerunt gaudentes, & exultantes; quoniam virtutibus multis decorata de terra aſcendebas in cęlum.

Tãquam Regina in Maieſtate multa ducta es à cęleſtibus poteſtatibus ad Chriſtum ſpon-

ſponſum tuum; quoniam poteſtatem ſuper dę-mones dedit tibi Altiſſimus. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 93.

TRonus Dei Altiſſimi facta eſt anima tua in cœlo; quoniam tanquam iuſta, ſedes eius fuit viuens in carne tua.

Cum Cherubim ſolium tuum poſuit Deus deorum; quoniam ſapientiam multam, diuinam tamen, & cęleſtem donauit tibi increata ſapientia eius.

Seraphim quoque gaudentes, & iubilantes exceperunt te in ſortes ſuas; quoniam te quoque Seraphicam ſuam fecit Deus adhuc peregrinam in terra.

Iuxta ſolium intemeratæ Matris ſuæ poſuit manſionem tuam Chriſtus ſponſus tuus; quoniam Religionem ſuam tu virgo ſanctiſſimis inſtitutis reformaſti ſola.

Filius verò Altiſſimi cubiliculum tibi quàm pulcherrimum, & ęternum dedit in domo ſua; quoniam ſponſa eius fideliſſima fuiſti vſq; ad fęliciſſimum tranſitum tuum. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 94.

EXultantes, & lætantes ad tumulum sanctum tuum currunt Christifideles; & tanquam sanctam, & beatam adorant te flectentes genua sua.

℣ Quoniam quàm magnam, & excelsam fecit te Deus in Ecclesia sua; & cum sanctis virginibus suis collocauit te in regno suo.

Aduocatam nostram perpetuam constituit te Deus in tribunali suo; vt preces, & lachrymas nostras offeras immensæ Maiestati suæ.

Propterea si voces, & clamores nostros audieris, & Deum pro nobis oraueris; quidquid orantes iustè petierimus, accipiemus de manu eius.

Quadraginta septem annis in Religione pro salute totius mundi laborasti; ecce nunc beatissima viuis, & requiescis in domo Dei in sęculum sæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 95.

ASsiduas laudes cantasti Altissimo vsque ad pretiosum obitum tuum, Teresia,

verba enim dolciora quàm mel, & fauus ſtillabant labia tua.

Doctrinam Euangelicã quaſi nouus Chriſti Apoſtolus docuiſti filios tuos; quęcunque à Chriſto ſponſo tuo didiciſti, docuiſti eos.

Ideò formidabiles facti ſunt diabolo, & exercitibus eius; tabeſcunt enim videntes ſanctitatem eorum.

Abyſſus totus commotus eſt,& conturbatus propter ſanctitatem tuam, & filiorum tuorum; dentibus namque ſuis fremunt, & tabeſcunt, nec minus quàm in inferno cruciantur.

Quid facient dęmones quando cum Chriſtó te iudicantem ipſos videbunt? Deum blaſphemabunt, qui te tam ſanctam, tam ſanctos filios generare fecit in Eccleſia ſua.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Labores maximos ægrotans pertulit,
Læta veruntamen ſemper apparuit,
Dum Monaſteria fundare ſtuduit.
Virorum ac mulierum.

Hæc

Hæc niues, grandines, grauesque pluuias,
Cæli tonitrua, sagittas, fulmina
Horrenda, lapides grandes non timuit,
Celsi munita numine.
Hæc itineribus lassa longissimis
Nec panis sæpius, nec ignis modicum,
Vt aliquantulum posset reficere
Corpus, habere potuit.
Laudes perpetuas, æternam gloriam,
Summum imperium Patri ingenito,
Natoque genito, sancto Spiritui
Vultu cantemus hilari. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

PRæsta quæsumus omnipotens, & misericors Deus, vt sicut beatam Teresiam virginem tuam pro æterna Maiestatis tuæ gloria laborantem, ab omnibus huius sęculi periculis liberare dignatus es, ita nos fideles tuos eius suffragijs exoratus, ab omni diabolica fraude ereptos, ad ęternę beatitudinis fruitio-

nem facias peruenire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM II. 96.

ANimam tuam in cœlum assumptam in iubilatione quàm maxima exceperunt Angeli; & tanquam sponsam ornatam introduxerunt eam in domum sponsi tui.

Quàm valdè gauisus est Pater cęlestis videndo te sponsam Filij sui tam pulchram; quę nullum amatorem admisisti præter eum.

Non minus gauisus est Filius eius excipiendo te in domũ suam; quam tibi in mansionem æternam præparauit in regno suo.

Spiritus sanctus ab vtroq; procedens exultauit videndo te tam valdè exaltatam; quoniam in omnibus laboribus tuis te consolatus est semper.

Quàm longè vtique gauisa est Maria Virgo Mater tua; quoniam post longum, & durum certamen tuum copiosam, & iustam mercedem accepisti de manu dilecti Filij sui. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 97.

FIlias quoque tuas, Teresia, Apostolos Christi reliquisti in mundo; vt in Religionem tuã sanctã fundant apud omnes gentes:

Non minus quàm tu ciuitates, & castella perambulant; vt nouos conuentus ędificent in Ecclesia Dei.

Ducem itineris illarum constituit te Deus exercituum; nunquam enim illas solas relinquis tu beatissima Matriarcha earum.

Vias rectas ostendis illis, & fortes, & securas deducis eas in operibus suis, propterea ad lapidem offendere non possunt pedes suos.

Non vbique Religionem tuam plantãdam ostendis illis; neque omnibus virginibus, nisi præelectis à Deo, habitum sanctum tuum dandum permittis.

Propterea omnes ingredientes Religionem tuam vitam Angelicam ducunt; & tanquam veræ Christi sponsæ vestigia sanctitatis tuæ sequuntur exultantes. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 98.

QVàm admirabilem ostendit se Deus in te, & filijs, & filiabus tuis, Teresia, populi enim lætantes excipiūt illos ad fundandam Religionem tuam vbique terrarum.

Mirabilis semper fuit Deus in omnibus sanctis suis; in te autem, & in pusillo grege tuo longè mirabilior esse videtur.

Tempore enim quàm breui propagata est Religio tua apud nationes terræ; nec vllus populus repellit illam à ciuitibus suis.

Quod dixit Petro, dixit & tibi Christus lapis ille angularis; super te sponsam meam ędificabo Religionem dilectissimæ Matri meæ.

Ad adimplendas ruinas Angelorum Religionem Carmelitanam per te, & per filios tuos reparauit Altissimus; propterea dilatando dilatabit illam vsque ad nouissimum diem sęculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 99.

CVm iucunditate,& lætitia Domino Deo tuo seruisti, Teresia; cum iubilatione maxima custodisti doctrinam eius Euangelicam.

Ciuitates, & oppida tu pauperrima ingrediens statim sacras ædes fundasti in illis; vbi sanctissimum Sacramentum mox positum deuotione quàm maxima adorasti.

Firmiter enim credidisti in illo Christum totum,& integrum manere sub speciebus panis,& vini; atque pro salute mundi illud esse institutum,& relictum fidelibus suis.

Dominum Deum exercituum, & Matrem eius intemeratam, & omnes sanctos adorasti in sacris domibus eius; atque septies in die laudem dixisti nomini sancto eius.

Proprerea mercedem copiosam accepisti de manibus eius; & vbertate deliciarum domus eius satiaris in sæculum sæculi.

Gloria Patri,&c.

CANTICVM V. *100.

DOminum Deum tuum quaſi ab incunabulis timuiſti ſemper; propterea in obſeruandis mandatis eius fuit voluntas tua vſque ad mortem.

In ſeruitutem quàm maximam redegiſti corpus tuum propter Deum; tanquam inimicum animæ tuæ caſtigaſti illud.

Aſſiduis enim ieiunijs, & cilicijs, catenis ferreis, & diſciplinis mortificaſti carnem tuam; perpetuis vigilijs, & orationibus nutriuiſti ſenſus tuos.

Ideò nunquam tranſgreſſa es voluntatem Domini Dei Iſrael; innocens namque, & immaculata ſemper vixiſti coram oculis eius.

Te etenim virginem caſtam exhibere promiſiſti Chriſto dilectiſſimo ſponſo tuo; quem amando non minus, quàm Angelus, caſtiſſima vixiſti vſque ad pretioſum obitum tuum.
Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

VRticarum manipulis
Corpus ſuum ardentium
Diſciplinans ſæpiſſimè
Plagis ~~affecit~~ marcidis.
Amore Chriſti maximo.
Accenſa carnem macerans
Solamen in laboribus
Sibi præbebat maximum.
Nouus quaſi Seraphicus
Dilexit hæc pauperiem,
Quam ſicut Euangelicam
Suis præcepit filijs.
Veſtes lictas, & laceras
Portabat ſemper iubilans,
Parca in eleemoſinis
Petendis ſemper extitit.
Grates ſoluamus debitas
Deo cæli altiſſimo
Qui noſtro dedit ſæculo
Illuſtrem tam mulierem. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Tereſia.
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam Euangelicam paupertatem sic amare, & obseruare fecisti, vt meritò beati Francisci Seraphici filia appellari mereretur, fac propitius, vt nos fideles tui eius suffragijs suffulti, huius mundi diuitias contemnentes, ad veras, atq; æternas possidendas cum ipsa conscendere mereamur in cœlum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 101.

IN quacunque hora Dominum inuocasti, Teresia, festinanter exaudiuit te; & de cœlo misit tibi auxilium suum.

Propter assiduas lachrymas, & orationes, & abstinentias tuas infirmata est caro tua; spiritus autem tuus fortior factus est in tribulationibus, & laboribus tuis.

Quasi pastor semper vigilans facta es, Teresia, in custodiendis ouibus tuis; ne dęmones

nes tanquam lupi rapaces deuorarent pusillum gregem tuum.

Plusquam sol meridianus coruscant opera sancta tua in vniuersa Ecclesia Dei; propterea tanquam sanctam prædicant, & adorant te Christifideles.

Religionem verò tuam sicut pupillam oculi sui diligit Deus; & tanquam sanctam vsque ad nouissimum diem sæculi custodit eam. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 102.

MEmoriam æternam sanctitatis tuæ fecit Deus in vniuerso orbe terrarum; quoniam in æterna memoria eius scriptum erat nomen tuum.

In ore omnium Christifidelium resonat sanctum nomen tuum; Reges quoque, & Principes, & populi omnes honorificant illud.

Minorem vtique Angelis ex nihilo creauit te in terra Deus altissimus; in cœlo autem cum Seraphim glorificauit te.

Formidabilis quàm valde fuisti diabolo, & cun-

cunctis exercitibus eius ; propterea contremuerunt videntes te , & ſancta , ac mirabilia opera tua .

Pluſquam Sol , & Luna coruſcant in vtroque orbe terrarum ; teque glorioſam duxerunt, & triumphantem in regnum cęlorum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 103.

VNiuerſa Eccleſia tecum congaudet, & congratulatur tibi in exaltatione tua, Tereſia, ſedes enim Petri tanquam magiſtra veritatis ſanctitatem tuam quàm maximam comprobauit.

A diebus æternitætis in libro vitæ ſcriptum fuit nomen tuum; à quo nunquam deleuit illud manus Altiſſimi.

Vitam* æternam poſtulaſti à Domino ab infantia tua ; ad quàm conſequendam, odio habuiſti animam tuam in hoc mundo.

Viam cœli tu virgo ſemel ingreſſa, nunquam declinaſti ab illa ; ſed vſque ad mortem tuam pretioſam ambulaſti in ea .

Pluſ-

Plusquam argentum, & aurum igne probatum, & thesauros terræ pretiosos, dilexisti legem Dei; quoniam mercedem copiosam à Deo promissam facientibus illam, quasi ab vberibus matris tuæ nouisti. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 104.

Coelum, & terram ex nihilo creauit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; omnia autem subiecit imperio voluntatis tuæ.

Tanquam virum exaltauit te Deus in Ecclesia sua; quoniam à Spiritu sancto directa, viriliter egesti in cunctis operibus tuis.

Persecutores, & diabolos nunquam timuisti tu virgo benedicta; sed tanquam à Deo missa, tutissima perambulasti ciuitates, & castella quærendo gloriam eius.

In propaganda Religione tua, Teresia, auxilium Dei, & Matris eius intemeratæ, & Ioseph sponsi eius inuocasti semper; ideò prosperè procedisti in sanctis desiderijs tuis.

Sacrificium perpetuæ laudis obtulisti Domino tu virgo beata; quoniam gratia super gra-

gratiam accepisti de manibus Maiestatis illius. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 105.

ARcana Dei eructauit cor tuum beata virgo Seraphica; lingua enim, & calamo præclara fecisti, quæ in cœlum rapta didicisti à Domino.

Pulchritudinem Christi sponsi tui vidisti in raptibus tuis; donis namque cęlestibus repleta reuertebaris à diuino colloquio eius.

Sedem quoque tuam, & coronam tuam ostendit tibi sponsus dilectus tuus; propterea magis accendebatur in te desiderium videndi faciem eius gloriosam.

Sanctam, & immaculatam custodisti animam tuam vsque ad mortem; vt totam pulchram ducerent te Angeli in conspectu Maiestatis Altissimi.

Conuersionem peccatorum, & hæreticorum, & pacem Ecclesiæ assiduis precibus, & lachrymis postulasti à Domino; vt omnes tecũ beati viuerent in sæculum sæculi. Gloria, &c.

Hym-

Hymnus.

DEdit en ſpiritum iſti propheticum
Deus altiſſimus. nam multa prauidens
Futura fieri cuncta iam contigit,
Secreta nouit cordium.
Aegrotos reddidit iſta incolumes
Suis quàm plurimos ſanctis ſuffragijs,
Multos & dæmones fugauit callidos,
Ad vitam duxit mortuos.
Huius imperio quàm multa ſubdidit
Cælorum Dominus confundens ſæculi
Noſtri ſuperbiam, exaltans humiles
Eius quærentes gloriam.
Patri cum Filio, ſancto cum Spiritu
Cantemus gloriam, laudes perpetuas,
Simul & debitas reddamus gratias
Ex nunc, & in perpetuum. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Tereſia.
℟. Vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti.

Ore-

Oremus.

DEus, qui Ecclesiam tuam beatæ Teresiæ virginis meritis fætu nouæ prolis fęcundas, & auges, concede quæsumus, nos fideles seruos tuos, eius imitatione mundum despicere, & cum ipsa perpetua diuinitatis tuæ fruitione gaudere. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 106.

SPes saluandi animas ad regulam tam arctam, & sanctam duxit te; & ardens desiderium eripiendi eas de manu dęmonis traxit te.

In fundatione, & reformatione Religionis tuæ auxilium de cœlo inuocasti semper; nunquam in auro, & argento, sed in sola Dei prouidentia sperasti semper.

Dominus autem in immaculata anima tua posuit tabernaculum suum; vt tecum habitaret in æternum, & in sæculum sæculi.

Requiem quàm maximam, & perpetuam inue-

inuenit in te Dominus; à corde namque tuo, & à labijs tuis nunquam repulisti eum.

Propterea in iustitia sua custodiuit te dilectam sponsam suam; tu verò Teresia vitam Seraphicam duxisti inter peccatores.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 107.

IN hymnis, & nouis canticis psallentes honorificant te Christifideles; quoniam regulam sanctissimi Patris tui Eliæ relaxatam reformasti.

Regnum Dei in æternam hæreditatem promisisti filijs tuis, Teresia, si Regulam tuam tanquam Euangelicam custodierint vsque ad mortem.

Pro nihilo reputasti, Teresia, cuncta, quę possident Reges terræ; quinimmò stultos iudicasti delicias mundi quærentes.

Mundum contempsisti, & omnia, quæ sunt in eo propter Christum sponsum tuum; quoniam ipse solus ditare potest electos suos in cœlo.

Gloriabaris, Teresia, in paupertate tua non minus, quàm Franciscus Seraphicus propter Christum; quoniam ipse quoque ex matre pauperrima pauper nasci dignatus est in stabulo. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 108.

Regnans regnabit Dominus in sancta Religione tua, Teresia; quoniam nomen Matris eius quàm valdè honorificatur in ea.

Nunquam Deus dereliquit te ab vtero matris tuæ; etenim ab annis æternitatis suæ tanquam dilectam sponsam suam dilexit te.

Ab infantia tua notas fecit tibi Dominus voluntates suas; tu verò ex tunc mandata eius custodisti semper.

Propterea immaculatum reddidisti spiritum tuum in manus Altissimi; quem ab Angelis ductum in cœlum glorificat in æternum.

In excelso habitaculo Dei beata viuis videndo essentiam eius; in visione namque diuinitatis suæ posuit mercedem electorum suorum. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 109.

OMnes gentes,& nationes terræ laudantur honorificant te in Ecclesia Dei; quoniam sicut solem coruscare facit Deus sanctitatem tuam in ea.

Vias quàm duras, & arctas tibi, & filijs tuis elegisti virgo benedicta; Deus autem virtutum gratiam, & fortitudinem dedit tibi, & illis quoque dabit ad ambulandũ per illas.

Gressus tuos in viam mandatorum suorum direxit Dominus; tecum enim fuit semper confortans te ad portandum iugum sanctæ Religionis tuæ.

Vt pupillam oculi sui dilexit te Deus deorum, & dominus dominantium; quoniam viam salutis ostendisti Religiosis, & omnibus Christifidelibus.

Tanquam solem meridianum posuit te in medio Ecclesiæ suæ Altissimus; vt sanctitatis, & religiositatis magistra fieres in vniuerso orbe terrarum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 110.

DE cœlo reſpexit Dominus ſuper te ; Tereſiam, famulam ſuam abiectam, & humilem; quoniam tu de terra reſpexiſti altitudinem Maieſtatis ſuæ.

Dulcedinem deliciarum menſæ Dei guſtabas ſępè rapta in cęlum; ideò in amaritudine quàm magna vixiſti in expectatione illarum.

Domum Dei exercituum in perpetuam habitationem tuam elegiſti, Tereſia; quoniam domus illa, domus vbertatis eſt, & letitiæ ſempiternæ.

Propterea te immaculatam, & incorruptam ſeruaſti vſque ad nouiſſimum diem tuum ; nunquam enim gratiam te iuſtam coram Deo facientem perdidiſti.

Dominus quoq; zelo quàm maximo ſollicitus fuit ad cuſtodiendum te ſponſam dilecti Filij ſui; in velamento namque alarum ſuarum protexit te ſemper, & vbique.

Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

HAec expletis tandem longis,
Duris ac laboribus,
Commendato suo Christo
Grege iam pauperrimo
Graui febre quàm laborans,
Se in Aulam contulit.
Mortis quoque sua diem
Esse sciens proximum,
Christum sponsum suum semper
Exorauit vigilans,
Sacrosancta Sacramenta
Magno sumpsit iubilo.
Nam cubili surgens Christi
Genu flexit corpori
Sacerdotem illud sibi
Deferentem prauidens
Multas fundens, & deuotas
Preces, atque lachrymas.
Patri, Nato, Procedenti
Ab vtroque gloria
Esto laudis sempiterna,
Honor, benedictio,

Poteſtaſque indiuiſa
Per immenſa ſæcula. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Tereſia.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Supplicatio.

OMnipotens æterne Deus, qui animæ beatæ Tereſiæ virginis tuæ æternæ vitæ præmia largiri dignatus es, te ſupplices exoramus, vt eius meritis, & interceſſione placatus, & peccatorum veniam nobis fidelibus tuis indulgeas, & immenſæ Maieſtati tuæ dignè facias deſeruire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. III.

QVam glorioſam, & excelſam fecit te Deus in cœlo, & in terra; matrem multarum gentium fecit te, ſicut Abraham ſeruum ſuum.

Sicut ſtellas cœli, quæ numerari non poſſunt, multiplicans multiplicabit Dominus filios

lios tuos, ſemen namque tuum Euangelicum eſt, & Apoſtolicum.

Argentum, & aurum igne examinatum ſunt filij tui; quaſi nouæ lucernæ ardentes ſunt in Eccleſia Dei.

Arcta eſt, & anguſta Religio tua Carmelitana, quam tu reformaſti; propterea perſeuerantes in illa ſanctitatis quàm magnæ lumen oſtendunt.

In protectione etenim tua, & Matris Dei intemeratæ manentes, quid mali facere poſſunt? quinimmò de virtute in virtutem euntes, ſanctiores fiunt in dies.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 112.

PEr varias, & multas tribulationes ingreſſa es regnum Dei; quoniam vt pupillam oculorum ſuorum diligebat te Chriſtus dilectus ſponſus tuus.

Vias duras, & laborioſas ſuſtinuiſti propter animas à Chriſto redemptas; propter ſalutem namque illarum miſit te Deus in vallem hanc lachrymarum.

Ideò ſub vmbra alarum ſuarum protexit te Dominus Deus Sabaoth; & illæſam tranſire fecit te mundum, & omnes concupiſcentias eius.

Magis quàm leones eſurientes rugiebant aduerſum te diabolus, & exercitus eius; quoniam inſidias non inueniebant ad decipiendum te humillimam famulam Dei.

Scuto fortitudinis ſuæ circundederat te Deus ab vtero matris tuæ; nec vnquam dereliquit te tanquam dilectam ſponſam ſuam. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 113.

REgem Regum, & Dominum dominantium inuocaſti, Tereſia, in neceſſitatibus tuis; ipſe autem velox fuit ad audiendas ſanctas preces tuas.

Vſque ad excelſum thronum gloriæ Dei aſcendebant clamores tui; portas enim cœli nunquam clauſas inuenit oratio tua.

Choros omnium cœleſtium Virtutum penetrabant preces tuæ; quinimmò Angeli illas ex-

excipientes, offerebant Altissimo.

Sancta, & immaculata ambulasti semper coram oculis Domini; ideò semper exaudiuit te in omnibus orationibus tuis.

Humilitas tua, & fides tua quàm maxima præibant orationes tuas; propterea apertas semper inueniebant portas domus Domini Dei exercituum.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 114.

NVnquam longè stetit à te Maiestas Dei altissimi; sed tecum semper venit, quocunque ambulasti.

Faciem suam nunquam auertit à te dilecta sua; quoniam sponsam secundum cor suum inuenit te inter peccatores.

Thronum excelsæ Maiestatis suę fecit Deus animam tuam, Teresia; ideò tanquam in regno suo habitauit in ea.

Oculi Domini super te fuerunt semper ad protegendum te; ne fortè dæmones laqueis suis perderent te electam suam.

Pre-

Pretio ſanguinis Filij ſui vnigeniti redemit te Pater æternus; propterea ſolicitus fuit, & vigilans ad cuſtodiendam animam tuam à malo. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 115.

VOx tua, Tereſia, vox angelica fuit in vniuerſa Eccleſia Dei; quoniam tanquam Angelus ad pœnitentiam vocaſti peccatores.

Vox tua, Tereſia, vox Apoſtolica fuit apud Chriſtifideles; quoniam doctrinam Chriſti docuiſti eos tanquam nouus Apoſtolus eius.

Vox tua, Tereſia, vox prophetica fuit, atque Spiritus ſancti; quoniam arcana Dei futura præuidiſti, hominumque corda cognouiſti.

Vox tua, Tereſia, vox Dei altiſsimi fuit in toto orbe terrarum; quoniam ſalutem omnium quæſiſti vſque ad pretioſum obitum tuum.

Vox tua, Tereſia, vox cęleſtis fuit, & diuina; quoniam doctrina tua non humanitùs

ac-

acquisita fuit, sed diuinitùs inspirata.
Gloria Patri, &c.

Hymnus.

ANtequam Domino spiritum redderet,
Coram se filias dilectas conuocat,
Vt suæ Regulæ formam custodiant,
Verbis hortatur dulcibus.
Deuotis postmodum, atque sanctissimis
Vexillum Domini sacrum amplexibus
Fortiter osculans, multas & lachrymas
Fundens, ad cælum euolat.
Eius veruntamen sepulchro traditum
Corpus, en extitit intactum, maximam
Reddens fragrantiã, tanquam sanctissimũ
Adoratur, & colitur.
Huius, & latere aperto virginis,
Viuax reperiunt, atque ebulliens
Cor multi physici, quod adhuc cernitur
Illius vrbis ciuibus.
Ecce miraculum nondum à sæculo
Auditum legitur, vt sine spiritu
Cor viuat mortuæ; illud nam Dominus
Ignito icit iaculo.

Cæ-

Cælestis gloriæ Regi perpetuas
Laudes, & gratias soluamus debitas,
Qui iam cum Seraphim sanctis Teresiam
Beatam facit viuere. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatæ Teresiæ virginis tuæ corpus sic immaculatum custodisti, vt non solùm diuinæ Maiestatis tuæ tabernaculum fieri, sed etiam incorruptum perpetuò seruari, atque à Christifidelibus adorari mereretur, fac propitius, vt in eius patrocinio muniti, sic sanctè viuamus, vt nos quoque templum Spiritus sancti in terris, in cœlis autem ipsius fęlicitatis consortes fieri mereamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CAN-

CANTICVM I. 116.

REfugium fidelium suorum fecit te Deus adhuc in terra viuentem; vt auxilium nostrum fieres in tribulationibus nostris.

Propterea dum tribulamur, ad te confugimus confidenter; vt preces tuas effundas ad Deum pro nobis deuotis tuis.

Cruciantur dæmones videntes nos in sancta protectione tua manentes; & in meritis, & suffragijs tuis sperantes apud Altissimum.

Gaudent, & exultant omnes, qui inuocant, & laudant nomen tuum, Teresia; quoniam quàm potentem, & sanctam fecit te Deus in cęlo, & in terra.

In petitionibus nostris sanctis, & iustis exaudimur à Domino dominorum; dum in precibus tuis confisi ad ipsum clamamus in necessitatibus nostris.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 117.

TE vbique venerabilem, & laudabilem fecit Deus Beatissima Virgo; ideò tanquam sanctum honorificamus, & inuocamus nomen tuum.

Conturbantur dęmones, & omnes tartareę legiones; dum fideles congregantur ad laudandum te dilectam sponsam Christi.

In Ecclesijs, & in domibus, atque in plateis, & vbique resonat sanctitas nominis tui; infantes quoque quasi ab vberibus matrum suarum honorificant te.

In eremis quoque, in speluncis, & in solitudinibus honorificaris tanquam electa in cœlo glorificata; illic enim viri serui Dei vestigia sanctitatis tuæ sectantur.

Filij verò tui, Teresia, gaudent, & exultant benedicentes Deum; qui te sibi matrem tam sanctam dare dignatus est.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM III. 118.

AD nouum vſque orbem terrarum peruenit ſanctum nomen tuum, Tereſia; ſic enim Deus honorificat fideles ſponſas ſuas.

Ciues quoque cœlorum in conſpectu Altiſſimi honorificant te; & quàm valdè gaudent videntes te exaltatam apud Maieſtatem ſuam.

Beati omnes, qui te ſanctam proclamant in Eccleſia Dei; quoniam honorificantes te, Chriſtum quoque ſponſum tuum honorificant.

Beati omnes, qui vocati ſunt, & vocantur ad ſuſcipiendum habitum ſanctæ Religionis tuæ; & Regulam tuam Euangelicam cuſtodiunt vſque ad mortem.

Quoniam cohæredes tuos faciet Dominus in Regno ſancto ſuo; vt tecum, & cum omnibus ſanctis beati viuant in ſæculum ſæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 119.

MEmor erit in sęculum sæculi Religionis tuæ Altissimus; quoniam Regulam Euangelicam dedisti filijs, & filiabus tuis.

Mare tribulationum, & desertum sæculi secura transisti tu Christi Seraphica; & sic ingressa es terram lacte, & melle manentem.

Hanc viam sequendam reliquisti filijs tuis, & omnibus Christifidelibus; nisi enim per hanc ambulauerint, tecum non intrabunt regnum cœlorum.

In manu tua, Teresia, Religionem Carmelitanam deduxit Dominus; quoniam iter verum, & tutum ascendendi in cœlum ostendisti custodientibus Regulam eius.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 120.

ADmirantes obstupescunt omnes mundi sapientes; dum audiunt te fœminam Regulam sanctè viuendi dedisse maribus, & fę-

fęminis in Ecclesia Dei.

Deus exercituum tecum fuit ab vtero matris tuæ, Teresia, propterea opera mirabilia fecisti tu fęmina sæculis nostris.

Sicut pluuia descendit super te de cœlo benedictio; ideò sicut oliua speciosa in campis fructificasti in sancta Religione tua.

Cataractas cœli aperuit Deus super te, & sanctam familiam tuam; ad irrigandam vineam tuam aquas suas miserunt abundanter.

Propterea ad pęnitentiam ducunt peccatores doctrina, & sanctitate quàm magna filij tui; & quasi nouos Apostolos audiunt illos Christifideles. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Gaudeat Aula ciuitas
Huius beatæ virginis
Corpus intactum possidens,
Magnam reddens fragrantiam:
Exultet Christi Ecclesia,
Tam sanctæ prolis genitrix,
Hispaniaque inclyta,

Exornat quam Teresia.
Stella Sole splendidior
Nobis de cælo apparuit;
Quæ sanctitatis radijs
Mundi polos illuminat.
Vitam duxit Angelicam
Virgo ista Seraphica,
Nam huius conuersatio
Cælestis tota extitit.
Hæc libros scripsit plurimos
Deuotos, ac doctissimos,
Quos qui legunt sæpius
Mundum coguntur spernere.
Ad cælum istam Seraphim
Lætantes, atque Cherubim,
Omnesque sancti Angeli
Duxerunt cum virginibus.
En fælix nunc Teresia
Patrem, eiusque filium,
Vnà cum sancto Spiritu
Laudat cum sanctis omnibus. Amen.
℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ore-

Oremus.

DEus, qui per beatam Tereſiam virginem tuam Carmelitanam Religionem reformare voluiſti, fac, vt nos eius ſuffragantibus meritis, ita interius, ac exterius ſanctè reformemur, vt tuam cum ipſa diuinitatem, & glorioſam vnigeniti Filij tui humanitatem videre, & poſſidere, illaque frui mereamur in cęlis. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 121.

REligio tua, Tereſia, ſicut vitis abundat in circuitu totius orbis terrarum; quoniam ſicut ſol coruſcat ſanctitas eius apud omnes gentes.

Filij etenim tui per ciuitates, & regna verbum Dei prædicantes, ad nouos conuentus virorum, ac mulierum ædificandos ducunt Chriſtifideles.

Deus autem auxilium ſuum de cęlis mittit cunctis populis terræ à te exoratus inceſſan-

ter; ideò in exultatione, & lætitia omnes excipiunt Religionem tuam.

Sed tu beatissima Virgo tanquam filios tuos diligis deuotos tuos; nec vnquam cessas preces effundere pro illis apud Altissimum.

Ipsi verò gaudentes, & exultantes te aduocatam suam constituunt apud Deum; quinimmò spem magnam salutis suæ habent in protectione tua viuentes.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 122.

Dominus regnans regnabit in Religione tua vsque ad finem sęculi; in fortitudine enim brachij tui reparauit eam.

Tu autem, Teresia, tanquam zelotypa sacri ordinis tui pro filijs tuis semper exoras; vt tanquam sancti gregem tuum crescere faciant in toto orbe terrarum.

Oratio tua tanquam cubicularia Dei exercituum secura ingreditur aulam eius; ideò nunquam vacua egreditur à conspectu eius.

Quasi virgo speciosa ornata viro suo, corã

Deo

Deo manet oratio tua; quæ victores facit filios tuos aduersus inimicos eorum.

Mercedem copiosam, & effluentem retribuet illis Dominus in tempore suo; tecum enim cohæredes Filij sui faciet eos in regno suo. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 123.

PEr manus Angeli sui vulnerauit cor tuum Deus Seraphim; fornacem ignis ardentis fecit illud.

Perpetuum lachrymarum torrentem duxerunt oculi tui, Teresia; quoniam propter amorem quàm maximum erga Deum liquefiebant viscera cordis tui.

Propterea vias Domini, & semitas eius custodisti semper; nullum namque malum fecisti coram oculis eius.

Dominus autem coronam iustitiæ reddidit tibi in regno Patris sui; inter Angelos enim Seraphinos posuit sedem tuam.

Populus autem Christifidelis diem festum agit propter exaltationem tuam; nulla natio,

nullaque lingua tacet laudes tuas quàm maximas. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 124.

VAldè mane vigilauit Dominus ad trahendum te post Matrem suam intemeratam; tu verò Teresia in odorem virtutum eius cucurristi ab vtero matris tuæ.

Per vniuersam Ecclesiam Christi orthodoxam extensum est nomen sanctitatis tuæ; quasi stella matutina coruscat apud omnes gentes, & nationes.

Omnes Sacerdotes, & Religiosi quasi nouissimi cęli enarrant gloriam nominis tui; in voce exultationis, & iubilationis celebrant diem sanctissimi transitus tui.

Trophæis honoris, & perpetuæ gloriæ magnificant te ora sapientum; nulla manus, nullus calamus, neque lingua tacet sanctitatem tuam.

Cęlum cęli, & omnes ciues cęlorum gaudētes quàm valdè exceperunt te; & tanquam dignissimam sponsam Christi nunc in cœlo honorificant te. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 125.

OMnes populi orbis terræ collaudantes benedicunt Dominum; quoniam tanquam nouam auroram misit te Teresiam ad illuminanda corda peccatorum.

Ab infantia lucem sanctitatis quàm magnæ ostendisti videntibus te; nullus vnquam raguit te de peccato.

Tibi in Matrem dedit Dominus Matrem suam immaculatam; tu autem vestigia sanctitatis eius secuta es vsque ad mortem.

Plusquam cera ante faciem ignis liquefiebat cor tuum diligendo Mariam, & Iesum Filius eius; hic enim cibus, hic potus perpetuus fuit animæ tuæ.

In protectione sua habuit te Maria tanquam filiam vsque ad pretiosum obitum tuum; quoniam sibi in sponsam elegit te dilectus Filius eius. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

EN lucis noua splendida
Stella est orta sæculo
Orbem totum illuminans,
Viam cæli iam indicans.
Cunctis namque fidelibus
Sanctè viuendi regulam
Reliquit hæc Teresia
Dilecta sponsa Domini.
Vnguentum quidem optimum,
Effusum quoque oleum
Mundi totius extitit
Quàm grandis eius sanctitas.
Deo trino, ac vnico
Nostro æterna gloria
Sit semper, qui ex nihilo
Simul creauit omnia. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℞. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui nos ex vtero exeuntes per sacrosancti Ba-

Baptiſmatis lauacrum ad veræ fidei agnitionem tua benignitate peruenire feciſti, quæſumus, vt beatæ Tereſiæ virginis tuæ meritis ſuffulti, in via mandatorum tuorum ambulantes, ſoli altiſſimæ Maieſtati tuæ ex toto corde placere ſtudeamus; teque cum ipſa in ęternum videre mereamur in cœlis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 126.

OMnes Angeli, & omnes ciues cęlorum laudant Dominum; quoniam te Tereſiam tanquam Seraphicam cum ipſis collocauit in cœlo.

Prandium deliciarum ſuarum parauit tibi cum illis in cęleſti menſa ſua; vbi illorum cibo recreata, beatiſſima viuis in æternum.

In menſa Chriſti refecta de terra rapiebaris in cęlum; quod videntes dęmones trementes fugiebant faciem tuam Angelicam.

Inde cœleſtibus gaudijs repleta, ac diuino amore accenſa reuertens diſſolui cupiebas; vt cum Chriſto viueres in ſæculum ſæculi.

Sic

Sic tu virgo beata Christi sponsi tui amore ardebas; vt in visceribus cordis tui illum capere non posse videbaris. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 127.

BEnedictus Dominus Deus Abraham; qui te Teresiam in filiam suam, & in sponsā vnigeniti Filij sui ante sęcula elegit te.

Benedictus Dominus Deus Isaac; qui ad reformandam Religionem Matris suę intemeratæ vocauit te pauperem, & humilem.

Benedictus Dominus Deus Iacob; qui te aduocatam nostram constituit apud altissimam Maiestatem suam.

Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum; qui ad illuminandos peccatores lucem inextinguibilem posuit te in medio Ecclesiæ suæ.

Benedictus Dominus Deus rex cęli, & terræ, & omnium habitantium in eis; qui te immaculatam custodiuit vsque ad pretiosum transitum tuum. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM III. 128.

IN nomine ſancto ſuo ſaluam fecit te Ieſus Chriſtus dilectus ſponſus tuus; vt tu quoque ſaluas faceres animas ſanguine eius pretioſo redemptas.

Lampadem ardentem poſuit te Dominus in Eccleſia ſua; inter virgines prudentes te virginem tecum oleum portantem conſtituit Dominus.

Lux quàm magna, & inextinguibilis eluxit in cunctis operibus tuis; nunquam enim in tenebris ambulaſti, Chriſtum lumen de lumine ſequendo.

Lucernam Angelicam conſtituit te Dominus ſæculis noſtris; vt animas perditas inuenires lucerna ſanctitatis tuæ.

Propterea lucem tuam ſequentes vſque ad mortem, ſalui fient; & regnum cęlorum tecum intrabunt exultantes.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 129.

BEati qui se immaculatos custodiunt in hac vita sequentes te Teresiam; quoniam cohæredes Christi fient tecum in regno Patris eius.

Tu virginitatis perpetuæ exemplum quàm præclarum ab omnibus sequendum reliquisti; tu virtutum omnium magistra fuisti Christifidelibus.

Quemadmodum virgo de vtero Matris tuę existi, sic virgo semper permansisti, virgo quoque immaculata ingressa es regnum cœlorum.

Tu virgo, Virginem virginis genitricem tibi in Matrem elegisti; ipsa autem Virgo te virginem virginis sponsam sibi in filiam dilectam elegit.

Propterea tu virgo, virginum collegia multa in ciuitatibus multis fundasti; sponsas enim Christi fecisti illas in Hispania inclyta patria tua. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 130.

GRatiam suam septiformem dedit tibi Dominus tanquam electæ suæ ab ęterno; ideò quàm admirabilis fuisti in cunctis operibus tuis.

Vias etenim quàm maximæ perfectionis, & sanctitatis perambulasti semper; & ideò vnigenitum Filium suum tibi in sponsum dedit Altissimus.

Quomodò tam valdè dilexit te, Christus Dei, & Mariæ filius, Teresia? nisi quia teipsam, & mundum; & delicias eius contempsisti propter ipsum?

Hæc est via quærentium Dominum, quærentium Christum vitam æternam; hanc viam perambulando tu virgo inuenisti, quem quærebat anima tua.

Auxiliare nobis, Teresia, Christi Seraphica, auxiliare nobis deuotis tuis; vt tecum mundum contemnentes, Christum inueniamus; quem tecum videre mereamur in Cęlis. Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

SAncti Charisma Spiritus
Nobis adsit iam desuper,
Vt dignè tantam virginem
Laudemus in perpetuum.
Hac Dei templum extitit
Maternis ex vberibus
Ad suum vsque transitum
Diuino ardens spiritu.
Vna semper, & eadem
Trinitati sit gloria,
Potestas, & imperium,
Lausque sine termino. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

FAc nos quæsumus Domine beatæ Teresiæ virginis tuæ laudes in præsenti vita sic dignè atque deuotè celebrare, eiusque actiones imitari, vt cum ipsa, & cum omnibus electis tuis beati viuere mereamur in cœlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CAN-

CANTICVM I. 131.

LEgem dedit tibi cœlestis sponsus tuus, Teresia; tu verò præcepta, & sancta consilia eius custodisti vsque in finem.

Propterea nos ad te clamamus auxilium tuum quærentes; vt in protectione tua viuentes, voluntatem Dei faciamus.

Deprecare pro nobis Dominum dominantium, qui ex nihilo fecit omnia; potens enim quàm valdè facta es apud Maiestatem eius.

Ecce nos tanquam sanctam adorantes collaudamus te; & preces nostras effundimus ad te fidelem aduocatam nostram.

Nonnè tu nosti quàm multæ sunt, & assiduæ tribulationes nostræ? roga igitur Dominum, vt propitius fiat, & clemens nobis fidelibus suis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 132.

AB æterno memor fuit tui Dominus miserator, & misericors; ex tunc enim in spon-

nullaque lingua tacet laudes tuas quàm maximas. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 124.

VAldè mane vigilauit Dominus ad trahendum te post Matrem suam intemeratam; tu verò Teresia in odorem virtutum eius cucurristi ab vtero matris tuæ.

Per vniuersam Ecclesiam Christi orthodoxam extensum est nomen sanctitatis tuæ; quasi stella matutina coruscat apud omnes gentes, & nationes.

Omnes Sacerdotes, & Religiosi quasi nouissimi cęli enarrant gloriam nominis tui; in voce exultationis, & iubilationis celebrant diem sanctissimi transitus tui.

Trophæis honoris, & perpetuæ gloriæ magnificant te ora sapientum; nulla manus, nullus calamus, neque lingua tacet sanctitatem tuam.

Cęlum cęli, & omnes ciues cęlorum gaudẽtes quàm valdè exceperunt te; & tanquam dignissimam sponsam Christi nunc in cœlo honorificant te. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 125.

OMnes populi orbis terræ collaudantes benedicunt Dominum; quoniam tanquam nouam auroram misit te Teresiam ad illuminanda corda peccatorum.

Ab infantia lucem sanctitatis quàm magnæ ostendisti videntibus te; nullus vnquam raguit te de peccato.

Tibi in Matrem dedit Dominus Matrem suam immaculatam; tu autem vestigia sanctitatis eius secuta es vsque ad mortem.

Plusquam cera ante faciem ignis liquefiebat cor tuum diligendo Mariam, & Iesum Filius eius; hic enim cibus, hic potus perpetuus fuit animæ tuæ.

In protectione sua habuit te Maria tanquam filiam vsque ad pretiosum obitum tuum; quoniam sibi in sponsam elegit te dilectus Filius eius. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

EN lucis noua splendida
Stella est orta sæculo
Orbem totum illuminans,
Viam cæli iam indicans.
Cunctis namque fidelibus
Sanctè viuendi regulam
Reliquit hæc Teresia
Dilecta sponsa Domini.
Vnguentum quidem optimum,
Effusum quoque oleum
Mundi totius extitit
Quàm grandis eius sanctitas.
Deo trino, ac vnico
Nostro æterna gloria
Sit semper, qui ex nihilo
Simul creauit omnia. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui nos ex vtero exeuntes per sacrosancti Ba-

Baptiſmatis lauacrum ad veræ fidei agnitionem tua benignitate peruenire feciſti, quæſumus, vt beatæ Tereſiæ virginis tuæ meritis ſuffulti, in via mandatorum tuorum ambulantes, ſoli altiſſimæ Maieſtati tuæ ex toto corde placere ſtudeamus; teque cum ipſa in ęternum videre mereamur in cœlis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CANTICVM I. 126.

OMnes Angeli, & omnes ciues cęlorum laudant Dominum; quoniam te Tereſiam tanquam Seraphicam cum ipſis collocauit in cœlo.

Prandium deliciarum ſuarum parauit tibi cum illis in cęleſti menſa ſua; vbi illorum cibo recreata, beatiſſima viuis in æternum.

In menſa Chriſti refecta de terra rapiebaris in cęlum; quod videntes dęmones trementes fugiebant faciem tuam Angelicam.

Inde cœleſtibus gaudijs repleta, ac diuino amore accenſa reuertens diſſolui cupiebas; vt cum Chriſto viueres in ſæculum ſæculi.

Sic

CANTICVM III. 128.

IN nomine sancto suo saluam fecit te Iesus Christus dilectus sponsus tuus; vt tu quoque saluas faceres animas sanguine eius pretioso redemptas.

Lampadem ardentem posuit te Dominus in Ecclesia sua; inter virgines prudentes te virginem tecum oleum portantem constituit Dominus.

Lux quàm magna, & inextinguibilis eluxit in cunctis operibus tuis; nunquam enim in tenebris ambulasti, Christum lumen de lumine sequendo.

Lucernam Angelicam constituit te Dominus sæculis nostris; vt animas perditas inuenires lucerna sanctitatis tuæ.

Propterea lucem tuam sequentes vsque ad mortem, salui fient; & regnum cęlorum tecum intrabunt exultantes.

Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 129.

BEati qui se immaculatos custodiunt in hac vita sequentes te Teresiam; quoniam cohæredes Christi fient tecum in regno Patris eius.

Tu virginitatis perpetuæ exemplum quàm præclarum ab omnibus sequendum reliquisti; tu virtutum omnium magistra fuisti Christifidelibus.

Quemadmodum virgo de vtero Matris tuę existi, sic virgo semper permansisti, virgo quoque immaculata ingressa es regnum cœlorum.

Tu virgo, Virginem virginis genitricem tibi in Matrem elegisti; ipsa autem Virgo te virginem virginis sponsam sibi in filiam dilectam elegit.

Propterea tu virgo, virginum collegia multa in ciuitatibus multis fundasti; sponsas enim Christi fecisti illas in Hispania inclyta patria tua. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 130.

GRatiam suam septiformem dedit tibi Dominus tanquam electæ suæ ab ęterno; ideò quàm admirabilis fuisti in cunctis operibus tuis.

Vias etenim quàm maximæ perfectionis,& sanctitatis perambulasti semper; & ideò vnigenitum Filium suum tibi in sponsum dedit Altissimus.

Quomodò tam valdè dilexit te Christus Dei,& Mariæ filius, Teresia? nisi quia teipsam, & mundum;& delicias eius contempsisti propter ipsum?

Hæc est via quærentium Dominum, quærentium Christum vitam æternam; hanc viam perambulando tu virgo inuenisti, quem quærebat anima tua.

Auxiliare nobis, Teresia, Christi Seraphica, auxiliare nobis deuotis tuis; vt tecum mundum contemnentes, Christum inueniamus; quem tecum videre mereamur in Cęlis. Gloria Patri,&c.

Hym-

Hymnus.

SAncti Charisma Spiritus
Nobis adsit iam desuper,
Vt dignè tantam virginem
Laudemus in perpetuum.
Hæc Dei templum extitit
Maternis ex uberibus
Ad suum usque transitum
Diuino ardens spiritu.
Vna semper, & eadem
Trinitati sit gloria,
Potestas, & imperium,
Lausque sine termino. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

FAc nos quæsumus Domine beatæ Teresiæ virginis tuæ laudes in præsenti vita sic dignè atque deuotè celebrare, eiusque actiones imitari, vt cum ipsa, & cum omnibus electis tuis beati viuere mereamur in cœlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CAN-

CANTICVM I. 131.

LEgem dedit tibi cœleſtis ſponſus tuus, Tereſia; tu verò præcepta, & ſancta conſilia eius cuſtodiſti vſque in finem.

Propterea nos ad te clamamus auxilium tuum quærentes; vt in protectione tua viuentes, voluntatem Dei faciamus.

Deprecare pro nobis Dominum dominantium, qui ex nihilo fecit omnia; potens enim quàm valdè facta es apud Maieſtatem eius.

Ecce nos tanquam ſanctam adorantes collaudamus te; & preces noſtras effundimus ad te fidelem aduocatam noſtram.

Nonnè tu noſti quàm multæ ſunt, & aſſiduæ tribulationes noſtræ? roga igitur Dominum, vt propitius fiat, & clemens nobis fidelibus ſuis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 132.

AB æterno memor fuit tui Dominus miſerator, & miſericors; ex tunc enim in ſpon-

Hymnus.

SAncti Charisma Spiritus
Nobis adsit iam desuper,
Vt dignè tantam virginem
Laudemus in perpetuum.
Hæc Dei templum extitit
Maternis ex uberibus
Ad suum vsque transitum
Diuino ardens spiritu.
Vna semper, & eadem
Trinitati sit gloria,
Potestas, & imperium,
Lausque sine termino. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

FAc nos quæsumus Domine beatæ Teresiæ virginis tuæ laudes in præsenti vita sic dignè atque deuotè celebrare, eiusque actiones imitari, vt cum ipsa, & cum omnibus electis tuis beati viuere mereamur in cœlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CAN-

CANTICVM I. 131.

LEgem dedit tibi cœlestis sponsus tuus, Teresia; tu verò præcepta, & sancta consilia eius custodisti vsque in finem.

Propterea nos ad te clamamus auxilium tuum quærentes; vt in protectione tua viuentes, voluntatem Dei faciamus.

Deprecare pro nobis Dominum dominantium, qui ex nihilo fecit omnia; potens enim quàm valdè facta es apud Maiestatem eius.

Ecce nos tanquam sanctam adorantes collaudamus te; & preces nostras effundimus ad te fidelem aduocatam nostram.

Nonnè tu nosti quàm multæ sunt, & assiduæ tribulationes nostræ? roga igitur Dominum, vt propitius fiat, & clemens nobis fidelibus suis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 132.

AB æterno memor fuit tui Dominus miserator, & misericors; ex tunc enim in spon-

ſponſam ſuam elegit te.

Super omnes cęlos exaltauit te Dominus; & hæreditatis Filij ſui tanquam iuſtus participem fecit te.

De terra in cęlum educens te, cum Angelis ſuis poſuit portionem tuam; ſtola gloriæ indutam cum virginibus Seraphicis collocauit te.

Coronam auream tanquam regina portans glorioſa perambulas regnum Dei; nunquam tamen elongaris à Chriſto dilecto ſponſo tuo.

Diuitias regni ſui inæſtimabiles,& immarciſcibiles oſtendit,& tribuit tibi dilectæ ſponſæ ſuæ; & ſic fęliciſsima viuis cum ipſo, & Patre eius, & cum Spiritu ſancto in ſæculum ſæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 133.

QVàm magnam,& ineffabilem miſericordiam fecit tecum Dominus, virgo beata; de laqueo venantium valdè manè eripuit animam tuam.

Tu

Tu verò crucem tribulationum baiulans; Christum secuta es sponsum tuum; vt cum ipso gloriosa ascenderes in regnum suum.

Breues quidem fuerunt labores tui, quos propter Christum sustinuisti; merces tamen tua æterna est, & copiosa apud Altissimum.

Dulcedinem namque quàm maximam, & sempiternam gustas in domo Dei tui; in sinu etenim suo quiescit anima tua.

Viriliter egisti, Teresia, in omnibus operibus tuis; ideò tanquam fortis, & victrix gloria, & honore coronaris in cœlo.
Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 134.

FOrnax ignis ardentis fiebat cor tuum, Teresia, vera Christi Seraphica; dum ad regna cœlestia rapiebat spiritum tuum Altissimus.

In cœlo, non autem in terra didicisti sapientiam; ideò doctior euasisti quàm omnes mundi sapientes.

Contemptum sæculi, & deliciarum eius

docuit te Christus Magister tuus ; proptèrea nunquam transgressa es immaculatam legem eius.

Oculos suos firmauit super te Dominus ; nec vnquam à te illos auertit ; nec tu cor tuum auertisti à via mandatorum eius.

Vulnus cordis tui, Teresia, vulnus insanabile fuit in terra; sic etenim vulnerata, in cęlo curanda ascendisti ad Christum , qui te vulnerauit. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 135.

LEgem Domini Dei tui custodisti, Teresia, cunctis diebus vitæ tuæ; plusquam aurum,& argentum,& gemmas pretiosas dilexisti illam.

Quasi per desertum ambulantem vidit te de cœlo Dominus; quærentem Filium suum, sponsum tuum vidit te languentem.

Tanquam Angelus vixisti tu virgo ab vberibus matris tuæ ; sanctior autem vixisti postquam inuenisti quem quærebas.

Fidelis fuisti amando Christum dilectum

tuum; ipse verò fidelis fuit collocando te cum virginibus in regno suo.

Virgines multas tu virgo genuisti Christo Filio Dei altissimi; vt participes fierent deliciarum mensæ eius in cœlo. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Rector celi perpetuus
Sponsam suam Teresiam,
Vt suos amans oculos,
Longè fecit à crimine.
Custos fuit Teresiæ
Hoc qui regit sæculum.
Nunquam relinquens paululum
Illam Deus altissimus.
Sempiterna sit gloria
Patri, qui solus generat,
Nato, qui solus gignitur,
Illi, qui solus ducitur. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus .

DEus, qui per beatam Teresiam virginem tuam sic sanctè viuere fecisti, vt ab omnibus Christifidelibus tanquam sancta venerari mereretur, concede propitius, vt nos sic ipsam dignè veneremur, vt eius & preces, & merita nobis ad mentis, & corporis salutem proficere sentiamus. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 136.

PEccatores odio habuisti, Teresia, propter scelera eorum; dilexisti autem illos propter imaginem, quam dedit illis Dominus.

Propterea lachrymas, & preces assiduas pro illis offerebas Altissimo; plusquam teipsam fortasse diligebas conuersionem eorum.

Ideò oculi Domini super te fuerunt semper; aures autem eius attentæ ad sanctas preces tuas.

Iuxta seipsum posuit te electam suam Deus exercituum; propterea diabolus à te victus, te semper inuictam discedens reliquit.

De excelſo throno gloriæ ſuæ aſpiciebat te pretioſo ſanguine ſuo redemptam; & feſtinans currebat ad pugnandum tecum aduerſus hoſtes tuos. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 137.

QVaſi nouus Dauid fuiſti, Tereſia, in ſcrutandis operibus Dei; nihil dulcius, quàm hoc, guſtare potuit anima tua.

Quaſi nouus Ioannes Euangeliſta ex pectore Chriſti cœleſtem doctrinam ſuxiſti; propterea tam diuinitus ſcripſiſti de operibus eius.

Quaſi nouus Petrus Princeps Apoſtolorum fuiſti Chriſtum amando; pro cuius fide, & amore cum ipſo in crucis patibulo mori cupiebas.

Quaſi nouus Paulus ad Chriſtum conuerſus fuiſti in Eccleſia Dei; quoniam vas electionis,& magiſtra Religioſorum Chriſtifidelium facta es in toto orbe terrarum.

Quaſi nouus Stephanus Prothomartyr fuiſti, lapides perſecutorum ſuſtinendo propter

Christum; pro quorum salute, & conuersione vehementer orasti secundùm Dei pręceptum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 138.

EX toto corde ad Dominum clamasti tu noua Christi Seraphica; ipse autem semper exaudiuit clamorem cordis tui.

Perpetuam custodiam posuisti ori tuo beatissima virgo; ad laudandum tamen Deum, & ad docendum filios tuos, & Christifideles aperuisti illud.

Cor tuum, Teresia, in meditatione amarissimæ passionis Christi semper exarsit; illam enim ante oculos tuos habuisti non minus quàm Franciscus ille Seraphicus.

Conuiuium perpetuum fuit tibi assidua meditatio passionis Christi dilecti sponsi tui; quã satis namq; in illa satiabantur viscera tua.

Nihil dulcius; nihilùè amarius quoque gustasti, Teresia, viuens in terra; quàm Christi passionem, & mortem eius crudelissimam meditari. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM IV. 139.

PRincipes tenebrarum in vanum perfecuti sunt te sponsam Altissimi, quinimmò nimis cruciabantur agnoscentes sanctitatem, & fortitudinem tuam.

Sexaginta septem annis pugnasti cum diabolo, & angelis eius; veruntamen tanquam inuicta illos triumphasti semper

Gaudens, & iubilans apparuisti mortis tuæ pretiosæ horam præuidēdo; lætitia enim ineffabili repleta dicebas Domino Deo exercituum.

Deus meus, sponsus meus, ecce iam venit optata dies mea; ecce tempus est, vt te videam, teque fruar in regno tuo.

Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies, sæpè dicendo; animam tuam candidam, & immaculatam reddidisti Christo Iesu dilectissimo sponso tuo.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 140.

DIxit Pater Vnigenito ſuo, Tereſiam, elegi in ſponſam tuam;in filiam autem intemeratæ Matris tuæ ante ſęcula.

Tu verò Tereſia, relictis omnibus, exultans ſecuta es ipſum ſponſum tuum;& diuitias domus eius tanquam veras, & æternas dilexiſti ſemper.

Paupertatem Euangelicam tibi,& filijs tuis elegiſti; ideò Apoſtolum ſuum conſtituit te in Eccleſia ſua.

In ordine Seraphico à ſæculis ęternis conſtituit te Dominus Deus Sabaoth; propterea tu filios Angelicos genuiſti altiſsimæ Maieſtati ſuæ.

Vitam Apoſtolicam, atque Angelicam duxiſti cum filijs, & filiabus tuis; dux enim, & magiſtra fuiſti ingredientium ſanctam Religionem tuam. Gloria Patri,&c.

Hym-

Hymnus.

R Erum factorem omnium
Aeterna regem gloria
Iam semper super omnia
Dilexit hæc Teresia.
Vnde viuebat moriens,
Ac mori semper cupiens;
Vt sui sponsi faciem
Desideratam cerneret.
Trino Deo, ac vnico,
Nos qui fecit ex nihilo;
Formamque sumpsit hominis;
Aeterna esto gloria. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

D Eus, qui à nobis offensus, beatæ Teresiæ virginis tuæ suffragijs exoratus facillimè placaris, quæsumus, vt nostris per ipsam Maiestati tuæ precibus oblatis & penitendi tempus, & misericordiam à te consequi me-

mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 141.

DOminum Deum tuum laudasti, Teresia, vsque ad mortem tuam pretiosam; quoniam ante sæcula elegit te ad laudandum nomen sanctum suum.

Filium Dei fontem aquarum viuentium dilexisti vehementer; quoniam plusquam ignis fornacis ardentis cor tuum eius amore accensum ardebat.

Lugebas quandoque, Teresia, quandoque verò gaudebas; ideò requiem non inueniebas animæ tuæ, dum longè viuebas à sponso tuo.

Veruntamen sæpè consolabatur te, certam faciendo te de salute tua; sicut certos fecit Apostolos suos, antequam iret ad Patrem.

Quasi lapidem tunsionibus expolitum in structura ciuitatis suæ coaptauit te; nunc autem oblita laborum, & dolorum tuorum exultans viuis in regno sponsi tui. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM II. 142.

GAudio quàm maximo, & ineffabili exultaſti tu virgo beata, non minus quàm Franciſcus Seraphicus; dum certam fecit te de ſalute tua altiſſimus Deus.

Ecce ſicut regina veſtibus deauratis induta ſedes in regno Dei; Mater autem ſponſi tui cum Angelis honorificat te.

Diem feſtum agunt Cherubim, & Seraphim, & omnes ciues cœlorum; cum ipſis etenim ſedere facit te in menſa ſua Dominus.

Gaudent,& exultant Angeli videntes pulchritudinem tuam; quoniam non minus,quàm ipſos beatam fecit te Deus propter ſpeciem tuam quàm maximam.

Tanquam Seraphim, non antem tanquam virgo tantùm honorificaris in domo Altiſsimi; quoniam ſicut nouiſsimus Seraphim vixiſti cum peccatoribus in terra.

Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 143.

AB æterno prædestinatam in tempore iustificauit te Dominus; in cœlo autem iam glorificata tanquam sancta adoraris in toto orbe terrarum.

Incorruptum conseruat Dominus corpus tuum, Teresia, in Ecclesia sua; quoniam te virginem incorruptam seruasti vsque ad mortem propter ipsum.

Illud ab omnibus adorandum præcepit Ecclesia, ducta à Spiritu sancto; templum enim Dei fuit immaculata caro tua.

Ideò ad sacrum sepulchrum tuum currunt Christifideles; & illud adorantes, exaudiuntur à Deo in necessitatibus suis.

Anima autem tua, Teresia, exultat cum Angelis in conspectu Dei; quoniam diuinitatis eius particeps facta cum illis beatissima viuit in æternum. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 144.

DOminus Deus virtutum laudatur ab omnibus Christifidelibus; quoniam te filiam suam inter virgines Seraphicas coronauit in regno suo.

Quadraginta octo annis in sudore quàm maximo, & labore habitasti cum filiabus tuis in cœnobijs multis;nunc verò in cœlestibus regnis cum Angelis requiescis in sæculum sæculi.

In diebus æternis triumphans viuis in cęlis cęlorum; Christum sponsum tuum ad dexteram Patris sedentem videns videbis in exultatione æterna.

Deficiebat anima tua,Teresia, in èxpectatione retributionis laborum tuorum ; sciebas etenim magnam, & copiosam esse mercedem electorum in cœlo.

Ecce iam gloriosa viuis in domo Dei vbertate omnium bonorum repleta ; Maiestatem autem eius cum principibus regni sui collaudas in æternum. Gloria Patri, &c.

CAN-

CANTICVM V. 145.

MAgnificasti, Teresia, Dominum Deum Sabaoth, & verbum eius incarnatum; quoniam de cęlo respexit te humilem ancillam suam.

Magnificasti Dominum Deum virtutum apud Christifideles adhuc mortalis in terra; quoniam filiam Matris suæ fecit te, dum sanctum habitum eius assumpsisti.

Magnificasti Dominum Deum Angelorũ, & Matrem eius immaculatam; quoniam Religionem Carmelitanam studio sanctitatis tuę reformasti.

Magnificasti Ecclesiam Dei vniuersam sanctis virtutibus tuis; quoniam exemplum sanctitatis quàm maximæ reliquisti fidelibus eius.

Magnificasti omnes hierarchias Angelorum, & omnes ciues cęlorum; quoniam vitam Angelicam, & cęlestem duxisti cum illis in terra. Gloria Patri, &c.

Hym-

Hymnus.

AVe sponsa Christi,
Virgo sacrosancta,
Graui culpa expers,
Verum Dei templum.
Te elegit ante
Cuncta sæcla Deus
Cohæredem Christi,
Filiamque suam.
Te dilexit plusquam
Multos cæli sanctos,
Coæqualem quoque
Seraphinis fecit:
Nam tu quoque ipsum
Solum dilexisti,
Mundum contemnendo,
Eius atque pompas,
Cæli viam cunctis
Reliquisti tutam
Sanctitate multa,
Doctrinaque sana.
Corpus tuum sacrum
Venerantur orbis,

Vtriusq;

Vtriusque gentes ,
Teque sanctam colunt.
Tu pro nobis virgo
Benedicta sponsum
Tuum iàm exora ,
Nostris parcat culpis.
Soli Deo honor
Omnis , ac æternus,
Sit immensa laus
Per æterna sæcla. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

DEus,qui Ecclesiam tuam beatæ Teresię virginis meritis, & doctrinis fęcundare dignaris,concede propitius, vt nos eius actiones imitantes, ad æternæ quoque eius beatitudinis consortium conscendere mereamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

CANTICVM I. 146.

OMnes inuocantes te, Teresiam, in auxilium suum exaudit Dominus; exoratus enim

enim à te, iuſtificat eos, & ſaluos facit eos.

Omnes populi, & nationes terræ iubilant audientes ſanctitatem tuam; quinimmò aduocatam ſuam conſtituunt te apud Deum.

Cum iubilatione quàm maxima, & ineffabili aſcendit in cœlum Chriſtus ſponſus tuus; tu quoque tanquam ſponſa eius dilecta cum hymnis, & canticis ab Angelis ducta es in paradiſum.

Super thronum excelſæ Maieſtatis ſuæ ſedet cęleſtis ſponſus tuus; ſedem autem tuam cũ virginibus Seraphicis poſuit in regno ſuo.

Principes terræ, & omnes Chriſtifideles te ſanctam, & beatam adorant, & prædicant; quoniam cum Chriſto te regnare credunt, & fatentur. Gloria Patri, &c.

CANTICVM II. 147.

AD te confugimus, Tereſia, precibus tuis confidentes; ad interpellandum enim pro nobis manes apud Maieſtatem Altiſsimi.

Gaudentes, & exultantes expectauerunt te exercitus Angelorum; vt cum triumpho tanquam

quam victricem ducerent te coronandam à Deo in regno cœlorum.

Deum excelsum laudasti cum virginibus sanctæ Religionis tuæ; nunc autem cum omnibus sanctis laudas eum in sæculum sęculi.

In psalmis, & hymnis, & canticis laudasti Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Mariam quoque Deiparam semper Virginem laudasti vsq; ad sanctissimũ transitum tuum.

Ioseph etiam sponsum Mariæ aduocatum tuum, & omnes sanctos laudasti semper; veruntamen nihil dulcius resonabat in ore tuo, Teresia, quàm Iesus, & Maria, & Ioseph vir eius sanctissimus. Gloria Patri, &c.

CANTICVM III. 148.

OMnes habitantes in sacris ędibus tuis, Teresia, in protectione tua manent; & Deum laudantes gloriantur, qui te tam valdè exaltauit in cęlo, & in terra.

De laqueo venantium eripuit Dominus filios tuos meritis tuis; propterea non cessant laudare altissimam Maiestatem suam.

Fla-

Flagellum diaboli longè faciet Dominus à filijs tuis; quoniam à regula tua Euangelica non declinant parumper.

Sepibus Angelicis circundedit Religionem tuam Dominus Deus Sabaoth; propterea dæmones trementes fugiunt congregationes filiorum tuorum.

Dies æternos hæreditabunt sequentes te Patriarcham suum; essentiam enim Dei, & gloriosam Christi humanitatem tecum videbunt in sæculum sæculi. Gloria Patri, &c.

CANTICVM IV. 149.

AVxilium suum de excelso throno Maiestatis suæ mittat nobis Dominus; quem tu virgo nunquam cessas orare pro nobis deuotis tuis.

Placabilis fiat, & clemens nobis fidelibus suis Deus; quem trinum, & vnum nos credimus, & confitemur.

Vniuersa Ecclesia Dei orthodoxa adorat te inter sanctas virgines collocatam; quoniam quàm valdè potens facta es in regno eius.

Quàm ineffabile gaudium celebratur in cœlo coram oculis Domini; quoniam exemplo sanctitatis tuæ ad pęnitentiam conuertuntur peccatores in dies.

Vnitatem, & pacem perpetuam reliquisti filijs, & filiabus tuis, Teresia, sicut Christus sponsus tuus illam dedit, & reliquit dilectis discipulis suis. Gloria Patri, &c.

CANTICVM V. 150.

IN glorificatione electorum quàm valdè iubilas beata virgo Teresia; & gaudens magnificas Deum, qui beatificat eos.

Præcelsam Maiestatem Altissimi laudas cum omnibus sanctis; nec aliquando cessas laudare nomen sanctum eius cum illis.

Dominum Deum exercituum cum lętitia, & exultatione quàm maxima laudas cum omnibus exercitibus cęli; nec vnquam fatigaris laudando nomen eius.

Dilectum sponsum tuum glorificas, & gratias illi agis; quoniam te victricem fecit aduersus diabolum, & angelos eius.

Do-

Dominum Regem regum laudasti vsq; ad pretiosum obitum tuum incessanter; nunc autem cum Seraphim proclamas, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Gloria Patri, &c.

Hymnus.

Te lucem Patris Filium
Iam nos rogamus supplices,
Vt noctis tollas tenebras,
Purgasque mentes sordidas.
Quò tibi cum Teresia,
Tuisque sanctis omnibus
Sacras cælorum iannas
Possimus omnes ingredi.
Ecce iam Christi possidet
Certas, atque perpetuas
Cum Angelis delicias
Virgo ista sanctissima.
Multas, duras, assiduas
Calamitates pertulit
Læta semper, & iubilans
Pro sui sponsi gloria.

Patriarchæ en cum maximo
Hanc exceperunt iubilo,
Prophetæ quoque gaudio
Grandi, ac ineffabili.
Apostolique, Martyrum
Candidatus exercitus,
Confessoresque inclyti
Isti venerunt obuiam.
Cherubim, atque Seraphim
Cælorum omnes Principes
Throni cum Potestatibus
Hanc assumpserunt virginem.
Virtutes cum Archangelis,
Cum illis quoque Angeli,
Ciues omnes, & cęlici
Festum egerunt maximum.
Mater Dei altissimi
Ad suam venit filiam,
Illam amplexam osculans,
Ad suum duxit filium.
Pater, Natus, Paraclytus
Vultu quidem lætissimo
Magnum dederunt solium
In suo regno virgini.

Vi-

Viuenti in perpetuum
Habenti nec principium,
Dansiue esse omnibus,
Omnem soluamus gloriam. Amen.

℣. Ora pro nobis sancta Teresia.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatam Teresiam virginem tuam post longum ac laboriosum vitæ suæ cursum inter Angelos Seraphinos tanquam nouam Seraphicam martyrij, Religionis, atque virginitatis diademate coronatam, æternis mensæ tuę delicijs iustè, meritoque perfrui dignatus es, fac, quæsumus, propitius, ita nos eius suffragantibus meritis, præsentis vitæ tribulationes patienter pro tui nominis gloria sufferre, vt eiusdem mensæ dulcedine cum ipsa, & cum omnibus electis in æternum frui mereamur in cœlis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

LAVS DEO.

HYMNVS

IN B. ISIDORVM Agricolam Hiſpanum.

Isidorum Agricolam
Nouum in mundum Dominus
Ad ſuam miſit vineam,
Illam purgandi ſtudio.
Fructum vt multum afferat,
Qui illam fecit, Domino,
Iuſtam & ipſe capiat
Suo mercedem tempore.
Nocte, dieque vigilans
Hic Iſidorus extitit,
Suam purgando vineam
Cunctis frequenter ſentibus.
Semen hic ſuum ſeminans
Fructum recepit centuplum
De manu ſui Domini
Ad cæli ſcandens patriam.
Ad aratrum nunquam poſuit
Manus ſuas ſanctiſſimas.

Ni

Ni prius ſacra audierit
Nouus Chriſti Seraphicus.
Sacras namque Eccleſias
Suo ſurgebat lectulo
Deuotè ſemper viſitans,
Regnumque Dei quæritans:
Verus hic Euangelij
Seruator ſemper extitit
A ſuis annis teneris
Ad ſanctum vſque tranſitum:
Magiſtrum nullum habuit
In iſto viuens ſæculo;
A Chriſto namque didicit
Virtutes omnes cælicas.
Hic Deum ſemper timuit,
Illum dilexit maximè
A matris quaſi vtero,
Illique ſemper ſeruiens:
Cuiuſdam viri terrulas
Arare hic promiſerat,
Quò nondum ſe contulerat,
Sacrum audiendi gratia.
Illius agri Dominus,
Iam hoc audito, properat

Iratus videndi studio,
Quid fecisset Agricola.
Ecce tres viros inuenit,
Suas arantes terrulas;
Quorum duos quàm candidis
Indutos vidit vestibus.
Vnde stupore maximo
Accedens, ut cognosceret,
Quinam essent iuuenes,
Illos non vidit amplius.
Hinc preces eius optimas,
Deoque gratas credidit
Vir ille tam incredulus,
Tam sanctum prius increpans
Caloris magni tempore,
Suum ad campum veniens
Lassus multumque sitiens,
A sancto aquam postulat.
Cui locum quendam proximum
Ostendit Dei famulus;
Quò pergens nullam reperit
Aquam bibendi gratia.
Illusum sese iudicans,
Iratus tam reuertitur.

Ad virum valdè simplicem.
Vlciscendi forsan animo.
Tunc Isidorus stimulo,
Quo boues solent percuti,
Terram siccam percutiens,
Mox aqua fons egreditur.
Nouus surrexit Moyses,
Qui petram virga verberans,
Torrentem fecit currere,
Vt potum daret populo.
Hucusque inde scaturit
Aqua ægrotos resanans,
Omnes reddens incolumes,
Res quidem admirabilis.
Mortis & hora sentiens
Cunctos suos domesticos
Vt sanctè, & catholicè
Viuant vt pater admonet.
Quàm plenus tandem meritis,
Multis clarus miraculis,
Spiritum Deo reddidit,
Ad cæli scandens gloriam.
De post aratrum Angeli
Acceptum, sanctum conferunt

Secum magno cum iubilo
Ad sinum Dei altissimi.
Funus eius dum agitur,
Campanas absq; manibus
Pulsas, sonare audiunt
Vrbis illius homines.
Multos post annos extrahunt
De sacro eius tumulo
Corpus illius penitus
Intactum, atque integrum.
Mira ex quo fragrantia,
Perpetuaque scaturit,
Quæ ipsum sanctum indicat
Viuentem inter Angelos.
Miraclis eius sanctitas
Coruscat in Hispania,
Quæ lęta corpus possidet
Isidori sanctissimum.
Trino Deo, ac unico
Sempiterna sit gloria,
Qui mundi solus machinam
Fecit, gubernat, regulat. Amen.
℣. Ora pro nobis sancte Isidore.
℞. Vt digni efficiamur promisionibus Christi.


Ore-

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui beatum Isidorum Agricolam confessorem tuum de stercore, tua benignitate erigere dignatus es, vt cum principibus populi tui ipsum collocares in cęlis, concede propitius, vt eius meritis, & intercessione nos fideles tui eius quoque sanctitatis vestigia sectantes, ad eiusdem fælicitatis consortium securi peruenire valeamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

FINIS.





REGESTVM.

ABCDEFGHIKLM.

Omnia ſunt folia ſimplicia.



